Hist. 851.

Solus hic Tomus I. prodiit; solusque
reperiri potuit A°. 1779.

MONVMENTA INEDITA
RERVM GERMANICARVM
PRAECIPVE
MAGDEBVRGICARVM
ET
HALBERSTADIENSIVM

QVIBVS

VARIA ANTIQVITATVM, HISTORIARVM, LEGVM, IVRIVMQVE GERMANIAE CAPITA ILLVSTRANTVR, SVPPLENTVR ET STABILIVNTVR

E CODICIBVS MANVSCRIPTIS, MEMBRANIS, ET CHARTIS VERIS, ERVERE STVDVIT, NOTVLAS ADIECIT, ET PRAEFATIONE INSTRVXIT

FRIDERICVS EVERHARDVS BOYSEN

REGIAE REVERENDISSIMAEQVE BORVSSIAE PRINCIPI, LIBERAE ET IMPERIALIS DIOECESEOS QVEDLINBVRGENSIS ANTISTITI, A RERVM ECCLESIASTICARVM CONSILIIS, VERITATIS CHRISTIANAE IN AVLA PRAECO PRIMARIVS, ET ILLVSTRIS GYMNASII EPHORVS.

TOMVS I.

QVI GEORGII TORQVATI ANNALES CONTINET.

ADIVNCTIS AERE SCRIPTVRIS.

LIPSIAE ET QVEDLINBVRGI

SVMTV ANDREAE FRANCISCI BIESTERFELD.

Solus hic Tomus I. prodiit, solusque reperiri potuit A°. 1779.

MONVMENTA INEDITA RERVM GERMANICARVM PRAECIPVE MAGDEBVRGICARVM ET HALBERSTADIENSIVM

QVIBVS

VARIA ANTIQVITATVM, HISTORIARVM, LEGVM, IVRIVMQVE GERMANIAE CAPITA ILLVSTRANTVR, SVPPLENTVR ET STABILIVNTVR

E CODICIBVS MANVSCRIPTIS, MEMBRANIS, ET CHARTIS VERIS, ERVERE STVDVIT, NOTVLAS ADIECIT, ET PRAEFATIONE INSTRVXIT

FRIDERICVS EVERHARDVS BOYSEN

REGIAE REVERENDISSIMAEQVE BORVSSIAE PRINCIPI, LIBERAE ET IMPERIALIS DIOECESEOS QVEDLINBVRGENSIS ANTISTITI, A RERVM ECCLESIASTICARVM CONSILIIS, VERITATIS CHRISTIANAE IN AVLA PRAECO PRIMARIVS, ET ILLVSTRIS GYMNASII EPHORVS.

TOMVS I.

QVI GEORGII TORQVATI ANNALES CONTINET.

ADIVNCTIS AERE SCRIPTVRIS.

LIPSIAE ET QVEDLINBVRGI

SVMTV ANDREAE FRANCISCI BIESTERFELD.

VIRIS

REVERENDISSIMIS, ILLVSTRISSIMIS

GENEROSISSIMIS

DECANO COADIVTORI

SENIORI

ET

RELIQVIS CAPITVLARIBVS

ECCLESIAE CATHEDRALIS

MAGDEBVRGICAE

DOMINIS

SVIS GRATIOSISSIMIS

HVNC

TOMVM PRIMVM

RERVM GERMANICARVM

ET

SE SVAQVE OMNIA

ANIMO DEVOTO

D. D. D.

FRIDERICVS EVERHARDVS BOYSEN.

VIRI
REVERENDISSIMI, ILLVSTRISSIMI, GENEROSISSIMI, DOMINI GRATIOSISSIMI,

Cum in eo eſſem, ut ſcripta nonnulla Hiſtoriam Germaniæ illuſtrantia ex tenebris et pulvere eruerem, et ſi quid augurari licet, ad poſteritatem transmitterem, non ſollicite circumſpicere neceſſe habui, in quorum potiſſimum tutelam hunc Tomum primum traderem. Continet enim *Georgii Torquati Annales Magdeburgenſes*, et *Halberſtadienſes*, et illico illud occurrebat, ipſum *Torquatum* hos annales *Majoribus veſtris* jam olim commendaſſe, et in reverendiſſimi illuſtriſſimique *Collegii veſtri* ſinu deponere voluiſſe. Videtis hoc *Domini gratioſiſſimi* ex *Dedicatione* Scriptoris, quam graviſſimis cauſſis impulſus, chalcographis exſcri-

bendam dedi. Mihi ſane hujus viri memoriam, qui ea, qua florebat ætate, in omni literarum genere nemini ſecundus erat, recolenti, mirifica quadam voluptate animus perfunditur. Præerant eo temporis ſpatio, quo *Torquatus* de perſcribenda integra Germaniæ hiſtoria, et de condendis annalibus cogitabat, *Eccleſiæ Cathedrali Magdeburgicæ* præſtanti doctrina, ingenio ſagaci, pietate Germana et auctoritate ſumma Heroes, qui delicias literarias manibus eruditorum ſparſas avide deguſtabant, et eorum commoda perpetuo promovebant. Ipſi hi Heroes non indignum perſonis ſuis judicabant literas conſectari, et inprimis humanitatis ſtudiis, et ingenuis artibus animum perpolire. Conquirebant undique doctos homines, et honeſtis ſtipendiis conducebant, qui docendi provinciam capeſſerent, nec minus de eccleſia et ſchola, quam de patria univerſa promererentur. Quis non tantorum et tam celebrium virorum, et quorum tam rara, non ipſorum, ſed temporum hominumque culpa, eſt memoria, merita in lucem protracta exoſculetur? Longum nimis agmen foret explicandum eorum, quibus omnia, quæ cum dignitate conjuncta ſunt, libentiſſime accepta tulit Reſpublica eruditorum. Sed

ante

ante omnes memorari merentur, et propemodum non possunt sine piaculo præteriri *Möllendorfii* et *Kœnigsmarkii*, qui vindices æque fuerunt, ac assertores literarum. Bibliothecam adornabant, in quam non libros sed thesauros inferebant, quorum fructus in rempublicam literariam redundarunt. Lætus profecto tunc erat florensque ecclesiæ Magdeburgicæ status, nec multa in eo ad reprehensionem erant notabilia. Literæ florebant barbarie propulsa, pietas triumphabat debellatis vitiis, æquitas denique injustitia eliminata vigebat, et quanto minus superstitionis fucique, tanto plus veritatis et gravitatis habebat religio. Non solum ergo libenter, sed etiam merito fecit ex veteri votorum ac dedicationum formula *Torquatus*, quod cum post absolutam operis partem primam de legendis patronis, et parandis ei defensoribus ex illustri aliquo loco cogitare vellet, eum reverendissimis eorum nominibus, qui ædi primariæ Magdeburgicæ eo tempore cum summa laude præerunt, inscripsit.

Cupide quidem et alacriter ad opus suum adgressus fuit auctor, et per multos annos in illo hæsit, sed ad umbilicum perducere non potuit, nec quæ literis jam consignaverat, ex aliorum manibus

bus in publicos usus vulganda divellere. Nam præter omnem exspectationem placide et Deo Christoque confisus exspiravit.

Ego speravi aliquam me a viris doctis gratiam initurum, si has literarias opes tam diu sepultas, et in pulvere fere contabescentes, præsenti inprimis ætate, ubi omnia Martis et Bellonæ tumultu perstrepunt, ex tenebris eruerem. Statuerat jam *Meibomius*, vir insigniter eruditus, et ab omnibus, qui quidem in superioris ævi scriptis versati essent, summa observantia cultus, ex quo ipsi copia hujus codicis facta fuerat, operam ipse suam illi impendere, et memoriam *Torquati* quasi consecrare; sed variis rebus, quæ secus, ac ipse speraverat, accidebant, distractus, impediebatur, quo minus ex voto huic labori vacaret. Alacri ergo et lubenti animo hanc provinciam suscepi, tum ut famam doctissimi auctoris, immaturo fato abrepti, et nomen ejus, quod jam oblivione et longa nocte urgebatur, in hominum memoriam revocarem, et posteris commendarem, tum ut in versando hoc scripto aliqua mihi scientiæ accessio fieret.

Vobis ergo *Domini* indulgentissimi nunc reddo, quod jam dudum *vestrum* fuit. Ad *vos* quoque transmissa est *Majorum vestrorum* gloria, quam

quam pari felicitate posteris *vestris* transmissuros, singularis qua inter medios turbines clavum regitis, prudentia spondet. Cuncta in *Vobis* sic eminent, et excellunt, ut vel singula singulos Heroes illustrare possint. Cujuscunque curam *Vos* atque tutelam suscipere dignamini, illud lætioribus effloreſcit incrementis. Literis tutissimus apud *Vos* patet portus. Numerosissimam et optimis rarissimisque libris abundantissimam Bibliothecam, novis quotidie ornamentis augetis, ut elegantia, cultu, splendore, magnificentissimis copiosissimisque merito adnumeretur. Sapientiæ officinam a Majoribus *vestris* conditam, magno impendio tuemini, et non tantum curæ *vobis* est, præclaris artibus et disciplinis locupletari studiosam juventutem, sed exornari virtute, pietate, et iis animi dotibus, quae faciunt sive ad vitam sapientius regendam, sive ad eam ornatius, et elegantius instituendam.

Accipite igitur quos demisissimo cultu offero *Annales Torquati*; sereno illos vultu intuemini; Statores et Tutores *Vos* studiorum et inposterum præbete, et in illo dignitatum fastigio, in quo divina *Vos* providentia collocavit, efficite, ut quotquot *Magdeburgi* musis litant, recreentur, et in

ſpem novæ felicitatis auctoritate *Veſtra* obtinendæ, adducantur.

Ego equidem incitatiſſima quotidie pietate, et indefesſis precibus ſummum Dei numen obteſtabor, ut *Vos Domini* indulgentisſimi, in rebus florentisſimis beatisſimisque ſervet, antiquum illuſtrisſimi *Collegii veſtri* ſplendorem avitamque gloriam ſic tueatur, et in majus quotidie meliusque promoveat, quo auſpiciis ductuque Regis ad miraculum ſapientisſimi, fortisſimique, eccleſiæ, et rei cum publicæ tum literariæ, ornamenta, ut facitis, conſtabilire, et amplificare posſitis. Ego vero votorum omnium damnatus mihi videbor, ſi apud *Vos Domini Gratioſiſſimi*, in parte aliqua hærere videar, et veſtris favoribus non indignus judicer.

REVERENDISSIMORVM ET
ILLVSTRISSIMORVM
NOMINVM VESTRORVM
DEVOTISSIMVS CVLTOR

FRIDERICVS EVERHARDVS BOYSEN.

PRAE-

PRAEFATIO.

Historia Ducatus *Magdeburgici* et Principatus *Halberstadiensis* a multis leviter tradita, a plerisque vel depravata, vel sic exposita, ut pro veris falsa, erroresque et commenta docerent, a nemine vero, quantum sciam, data opera et plenius enarrata, mihi ante aliquot annos occasionem præbuit vires in ea re periclitandi. Quo in negotio progressus non pœnitendos feci, dum copiis B. *Ottonis de Guerike,* viri eruditissimi, disertissimi, et elegantis ingenii adjutus, frequentes *Samuelis Walthери* et aliorum lapsus emendare potui.

Licuit mihi ſcilicet eſſe tam felici, cum adhuc *Magdeburgi* agerem, ut ſcripta hujus Polyhiſtoris, cum tineis et blattis jam luctantia, et præterea non contemnendam monumentorum antiquitate ſua venerandorum, copiam ſub haſta, pretio non iniquo, redimerem, iisque domum meam reportatis, ſupellectilem, quæ mihi eſt, literariam augerem, ornaremque. Hi codices manu ſcripti, inter quos *codex Juris Magdeburgici* membranaceus, (cujus ſcriptura vetuſtate propemodum fugere et evaneſcere videtur) contortis ductibus antiqui ævi refertiſſimus, eminet, arcanis adſcripti, et ſanctiore cuſtodia adſervati, fato non malo ad me pervenerunt. Neque vero ego ſolus fruar his deliciis, quæ animum demulcent, ſed quæcunque in iis publice utilia eſſe videbuntur, ſive reipublicæ commodis, ſive literarum et doctrinæ incrementis ornamentisque quidquam adſtruant, ea e carceribus veluti emiſſa in lucem hominum, cum viris præcipue doctis, ſumma fide, ſummaque aut quantacunque potero induſtria communicabo. In præfationibus autem, quas ſingulis tomis ſcriptorum, qui de rebus germanicis expoſuerunt, et hactenus lucem publicam nondum adſpexerunt a me evulgandis, præmittam, in eo præſertim ingenii nervos contendam, ut argumenta a divo *Guerikenio* ſubminiſtrata, vel notulis, quas ille hinc inde oris librorum adlevit, nonnihil illuſtrata, adcuratius perſequar.

In præſenti ſtatutum habeo, antiquiſſimum terræ *Magdeburgicæ* ſtatum indagare, in quo ſtudio præeuntes ducesque mihi ſunt viri olim et nunc quoque celeberrimi, *Meibomii, Conringius, Sagittarius, Struvius, Heineccius*, alii quos magnopere delectatos eſſe in illo, neminem fugit. Verum enim vero cum tantis tenebris, et caligine tanta obſitum oppreſſumque fere hoc argumentum ſit, ut admodum difficile ſit verum videre,

foretque præſertim longe difficilius, ſi initia terræ *Magdeburgicæ* et priſcæ gentis incolas, quod utrumque abditum penitus retruſumque eſt, perſcrutari conarer, veniam impetraturum me eſſe ſpero, ſi hæc vel plane omiſero, vel leviter tantum, et quod in proverbio eſt, primis tantum labris delibavero.

Inclyta ſane regio hæc eſt, atque Majoribus tam a præcellentiori in Germania ſacra ſede, quam a Jure dicundo celebrata, cujus ad hiſtoriam ſcribendam animum nunc adjeci. Cum autem tanta rerum memorabilium hic ſe offerat copia, et multitudo, quae meam, hoc eſt hominis aliis laboribus et occupationibus diſtenti diligentiam longiſſime exſuperet, viribusque meis gravior, longior denique ſit, quam quæ horis, quas ſolas et raro quidem huic ſtudio impendere licet, ſubceſivis digne a me pertractari poſſit: nec animus fert, neque ea, qua utor, conditio, res quæcunque in his terris acciderunt olim geſtæque ſunt, ab origine ſingulas et ordine pertexere. Quare in hoc inſtituto ſic verſabor, uti ex tanta rerum varietate et multitudine, illa, quæ utiliora ſimul et jucundiora viſa fuerint, tanquam flores quosdam, decerpam, eaque in faſciculos certos, pro negotiorum aliorum ratione, ſive minuendos, ſive augendos, collecta viris horum ſtudiorum cupidis, intelligentibusque exiſtimatoribus offeram.

Terrent me inprimis aliorum veſtigia, qui dum ad gentis ſuæ origines remeare auſi ſunt, ad fabulas et commenta, tanquam tempeſtate quadam delati, in iis turpiſſime obhæſerunt. Capiat ejus, qui velit, exemplum ex *Saxonis Grammatici Hiſtoria Danorum*, quæ in rebus antiquis tota quanta fabuloſa eſt. Capiat quoque exemplum e *Joannis Magni Gothorum Suecorumque Hiſtoria*, quæ nugarum copia priori vix cedit. Quantopere anglicæ hiſtoriæ ſcriptor graviſſimus, generis dignitatisque equeſtris

 orna-

ornamentis, ingeniique gloria ad omnem posteritatem commendatissimus, *Templius* (*de Temple*) inquam conqueratur, quod tantis insubidis inficetisque commentis deformata sit, suae patriae historia, immo oblita atque obruta, id apud eum videre est. Unde et *Guichenonius*, cui *Sabaudiae* historiam debemus, in elegantissima ad Bressiae seu Sebusiani agri (la Bresse) historiam praefatione, non absque ratione videtur adfirmare, omnium omnino gentium scriptores, dum in earum primordia inquirant, vaniloquos esse et nugacissimos.

Et tantum quidem abest, ut ab hac culpa rerum germanicarum scriptores vindicare ausim, ut ipse potius fabulas eos fabulis cumulare dixerim, quotiescunque id sibi sumunt, ut abstrusiora gentis nostrae penetralia pandere adgrediantur. Destituti enim cum sint domesticis testimoniis, destituti quoque exterorum, quibus aliquod cum Germanis intercessit commercium, scriptorum coaevorum testimoniis, mirari certe oportet, qui pro vero venditare audeant, quae de Noachi posteris, Japheto, Gomero, Ascenate, Thuistone, Manno, primis Europae, Germaniaeque incolis in vulgus spargunt. Non enim est, quod in Aegyptiaci illius *Berosi* fide amplius tuto niti possint, ex quo *Vossius* *) *Rupertus* **) et alii demonstrarunt, Viterbiensem Monachum Annium supponendo hunc sub *Berosi* nomine librum impostorem egisse. Atque cum ante jam bis mille annos aevum istud postdiluvianum romano Polyhistori *Varroni* visum jam fuerit μυθικὸν, sane μυθικώτερον nobis tanto temporum intervallo ab eodem disjunctis ***) esse oportet. Eccurnam et nobis non

*) De Histor. Latin. p. 69. 87. 89.

**) Ad Syn. Besoldi p. 24. 29.

***) Ea excipio, quae in divinitus traditis rerum ea aetate actarum historiis narrantur.

non ſufficeret ſcire, priſcam noſtram gentem factorum maluiſſe quam verborum gloria clarere? Putabat nimirum, ut cum Curtio loquar, viros fortes nunquam ignorari.

Tam certum itaque eſt quam quod certiſſimum, incerta omnia eſſe, quæ ante *Cæſarem* et *Tacitum* de rebus germanicis memorantur, niſi ex ipſis Romanis vel ſaltem Græcis auctoribus probentur *). Dolendum modo, quod quæ apud hos ſcriptores inveniuntur, admodum pauca partim ſint, partim obſcuritate circumfuſa, de qua re conqueritur ſolertiſſimus antiquitatum indagator *Jo. Mich. Heineccius* **) Unde et nemini, qui hiſtoriæ germanicæ operam dat, auctor velim eſſe, ut ultra *Julii Cæſaris* ac *Taciti* tempora adſcendat, niſi commentorum potius quam rerum et factorum eſſe velit antiquarius. Sane et ab hoc termino immenſus patet campus, in quo ingenium antiquitatum et criticarum rerum cupidum excurrere poſſit.

Falluntur etiam quam maxime, qui hos auctores omnibus numeris abſolutos credunt, et omnem veritatis calculum cum eorum auctoritate ponunt. Quippe quæ de Germanis *Cæſar* in libris de bello Gallico refert, illa non ſemper ea adcuratione ſcripta eſſe, uti perſpecta eorum et explorata fides cenſeri poſſit, quilibet, cui in hiſtoriarum et antiquitatum ſtudio naſum habere datum eſt, haud ægre intellexerit. Oſtentatorem nempe ac rerum a ſe geſtarum præconem magis, quam hiſtoricum egit, ſcriptoris officium ſolo propemodum faſtus ac inſolentiæ adflatu ſibi ſumens, ceu doctiſſimus *Clericus* ***) obſervavit, et rationibus confirmavit.

Quod

*) *Henr. de Cocceji* in Jur. Publ. Prud. §. 4. Prol.

**) In diſſert. de antiqu. Garl. vic. ſtatu.

***) In Parrhaſ.

Quod ad *Tacitum*, quem Itali, germanorum laudibus ab omni ævo invidi, verſo nominis ſignificatu loquacem, *Krantzius* *) vero diligentiſſimum Germaniæ inquiſitorem appellitat, cum fere nulla Germanorum natio, ſi *Slavos* excipias, et Saxones Holſatos, eum latuerit; id quod de magno ejus in Germanorum rebus explorandis, et perſpiciendis ſtudio abunde teſtatur: fidem ejus ſequi periculoſum adeo non eſt, ut potius iis, quæ de Germanis perhibuit, ſubſcribendum eſſe, variæ ſuadeant cauſſæ. Cum enim *Veſpaſiani* ætate rationum procurator eſſet in Gallia Belgica Germaniæ confini, ipſi contigit ſæpius, ut res germanicas ſuis ipſe oculis uſurparet, eamque ob cauſſam teſtis oculati cenſu numeroque, in plerisque, habendus ſit. Id quod variis locis ipſe indicat, ſic: *vidimus* inquit *ſub Divo Veſpaſiano Velledam diu apud plerosque numinis loco habitam.* **) Accedit, quod auctore *Plinio*, *qui eum ſuæ ætatis conſulem adpellat*, conſulari fulſerit dignitate, et quod Germanorum res romanis cognitæ jam fuerint. Magnam enim Germaniæ partem ante id tempus romanus pervagatus erat exercitus, illinc ſub Druſo, ſuperato Rheno, ad Moguntiam usque penetrans, illinc Viſurgim trajiciens. Quid? ſi conjecturis nonnihil dandum ſit, ut certe in rebus antiquis et multum a memoria noſtra remotis, ſuperſedere iisdem vix quisquam poteſt; romani, quibus jam tum nonnullæ germanici nominis ac ſanguinis gentes parebant, germanicarum provinciarum notitiam aliquam, et adcuratiores adeo deſcriptiones habuiſſe videntur. Habebant enim tabellaria, ſive *Archiva*, in iisque literas tabulasque publice ſcriptas adſervabant, in quibus oppida, vici, agri, prata, paſcua, vectigalia, aliaque ad notitiam Provinciarum pertinentia, quam diligentiſſime conſignata erant.

*) In Præfat. ad Sax. p. 3.

**) De Mor. Germ. c. 8. §. 4.

erant. Forte *Tacitus* his quoque uſus in ſcribendis rebus germanicis fuit. Sique ab his etiam, ut non ſatis certis exploratisque, disceſſeris; tamen frequentia pellium maxime ferinarum, quæ germanos inter atque romanos intercedebant commercia, commodam *Tacito* res germanicas adcuratius pernoſcendi occaſionem offerebant, qua eum, cum de his rebus ſcribere conſtituiſſet, ſollerter uſum, veri eſt ſane quam ſimillimum. Multos etiam germanos romanorum caſtra ſecutos eſſe, negari haud quaquam poteſt.

Quæ omnia ut fidem firment *Taciti*, cuique tamen hunc ſcriptorem legenti nonnulla obſervanda ſunt. Primum eſt, quod in libello ſuo de *moribus germanorum* ubivis loquatur *comparative*, quippe horum mores ritusque ab inſtitutis romanorum longe differebant. Hinc non *abſolute*, ſed in *relatione* ad romanorum mores et conſuetudines ſemper eſt explicandus. Alterum eſt, eum quatenus priſcas et iis, quibus vivebat ſcribebatque temporibus ſuperiores refert, earum notitiam ex uno illo apud Germanos memoriæ et annalium genere hauſiſſe videri, videlicet e carminibus antiquis, quæ tamen foliis Sibyllinis inſcripta fuiſſe, nemo forte ſibi perſuaderi paſſus fuerit. Legi hac de re merentur, quæ de fide horum carminum illud Germaniæ decus *Conringius* *) pro more eleganter diſſerit.

Et hæc quidem omnino faciunt, ut aliquantiſper de rebus liceat dubitare, quas non niſi ex iſtis carminibus noſſe potuit. Interim tamen cum nonnihil veri ipſis contineri potuiſſe, recte obſervet idem, quem modo laudavi, *Conringius*, optandum foret, ut ſupereſſent hæc carmina, quæ periiſſe merito dolemus.

*) In Præfat. ad Tacit. de Mor. Germ. p. 49.

mus. Refert quidem *Paulus Warnefridus* *) *Carolum Magnum* ea colligenda curasse. Nos vero quid juvat, hoc factum esse, cum hujus collectionis nihil omnino ætatem tulerit, et in nostras pervenerit manus? Etiamsi enim *Aventinus* jactet, illud annalium genus in manibus suis esse; ab aliis tamen observatum jam est, impostorem illum in plurimis suis narrationibus egisse, quare forte et hic insolentius et ultra verum gloriatus est. Nam plane non potest dubitari, quin venerabile illud antiquitatis monumentum, si superesset alicubi, dudum fuisset in lucem productum, cum tanta nostra ætas quanta præterlapsa non laboret invidia, et sedula hominum inquisitio multa eruerit, quæ vetustate abiisse, aut amissa diu habita sunt. Cujus rei exempla subministrant Caroli Magni Diplomata, quorum tantum unum videre *Maximilianus I.* summopere, frustra tamen, optavit, nobis autem posteris plurima videre contigit.

Ut ut hæc sunt; tamen ne ipsi quoque in istam immergamur voraginem, quam præternavigandam antea monuimus, non possumus sæpe laudati *Conringii* opinionem ad examinis libram non revocare, quo pateat, quam facile viri etiam ingeniosissimi doctissimique fallantur, dum altius, et quasi ad incunabula rerum populorumque progredi student. Suspicatur nimirum **) antiquissimos terræ *Magdeburgicæ* ac vicinarum regionum incolas fuisse Gothos, quos scilicet ante ipsorum Chaucorum adventum, in hanc regionem delatos existimat, adsentientem

*) Quod et Poeta *Paderbonensis* apud *Leibn.* testatur, T. I. Scr. Rer. Br. p. 168.

Nec non quæ veterum depromunt prælia Regum,
Barbara mandavit carmina litterulis.

**) In Tract. de Antiqu. Helmest. statu p. 56.

tientem habens *Arnkielium.* *) Verum ſuſpicatur tantum, non probat, nec probare voluit ſollertiſſimus veterum monumentorum perſcrutator, ullo vetuſtiorum ſcriptorum teſtimonio. Nec quæ divino viri ingenio ſubtilius excogitata ſunt argumenta, iisdem nobis illud, quod vincit Vir ſummus, perſuaderi ulla ratione poteſt. Sed ipſa, quibus utitur *Conringius*, argumenta ad vivum reſecemus ſingula. Primum duxit a nominum convenientia, quam in plurimis noſtris et Gothicis oppidis reperit. Sic e. g. Halmſtadium, Gotinga, Falkenburgum, Skeninga, Warberga, Weſterwickum, Inſula Anhold, ipſi videntur poſt Gothorum in borealem illum tractum immigrationem, nomen mutuaſſe a noſtris urbibus, **Helmſtedt, Göttingen, Falkenſtein, Schöningen, Warberge, Oſterwiek und das Fürſtenthum Anhald.** Alterum eſt, quia molliores quæque provinciæ cœperint prius inhabitari aſperioribus, quod ſumme idoneum putat ad perſuadendum, Gothos in horridas illas Scandinaviæ provincias demigraſſe. At vero oportet illum oblitum fuiſſe ejus, quod in Præfatione ad *Tacitum* contendit, leves ſcilicet ratiunculas eſſe, quæ ex nominum convenientia petantur, nec aliquid certi inde poſſe concludi. Et ſic eſt profecto; quippe vix ulla reperitur regio, e qua non quibusvis populis coloni poſſint arceſſi, ſi argumentis ex nominum convenientia repetitis, effici quidquam in hac re poſſet; id quod *Heineccius* **) quoque obſervavit. Cæterum, unde quæſo probare potuiſſet vir ingenioſiſſimus has noſtras, ſive etiam Gothicas illas jam tum conditas fuiſſe urbes, cum plurimæ dubio procul origines ſuas multo inferiori debeant ætati? Germaniæ certe noſtræ urbes ſub *Henrico* demum *Aucupe* conditæ, quo auctore

 et

*) In Gentil. Cimbr. c. III. p. 12.

**) l. c. §. 5.

et monitore, homines ex agris collecti, uti a barbarorum incursionibus tutiores essent, oppida moliri et exstruere cœperunt, ut refert *Wittikindus* Monachus *) et *Sigebertus Gemblacensis* **). Quid? quod urbium nullas Germanorum populis ante mille sexcentos annos habitatas fuisse, ipse strenue defendit *Conringius* ***). Et hæc tanto sunt veriora, vel veri certe similiora, quod *Tacito* teste ****) Germani ne pati quidem junctas inter se sedes, sed discreti colere et diversi soliti essent. Quare etiam non veretur *Conringius* adfirmare, ne ullam quidem urbem in Saxonia inferiori *Caroli M.* ætate fuisse *****). Verum si hoc quoque concedamus, extitisse jam tum hæc loca, sive fuerint urbes, sive oppidula, sive vici; neminem tamen fore cum *Heineccio* credimus, qui sibi persuadeat, illa a *Conringio* adducta loca, jam inde a mille et septingentis annis perstitisse, et nomina sua non mutasse, ceu reliqua fere omnia mutarunt. Casu igitur potius quam consilio illam convenientiam contigisse, judico. Alterum, quod adducit *Conringius*, argumentum ejusdem *Heineccii* armis frangere licet. Hærent enim omnia circumfusis tenebris, et admodum fallacibus conjecturis nituntur, quæ de primis gentium migrationibus ab Historicis narrantur. Quodsi vero iis hariolationibus aliquid concedendum, multa tamen sunt, quæ nos in eam trahunt sententiam, ut credamus *Scandinaviam* prius fuisse inhabitatam quam Germaniam nostram. Dicuntur enim plurimæ Europæ gentes, trajecto ponto euxino, hanc mundi partem intravisse. Quæ si vera sint, ut sunt certe verisimillima; male utique, hac quoque

*) Ann. L. I. **) Ad ann. 925.

***) In dissert. de urb. Germ. §. 16.

****) c. 16. de mor. Germ.

*****) l. c. §. 71.

que in re, divinavit *Conringius.* Magis explorata nos putamus adfirmaturos, ſi contenderimus *Suevos* antiquiſſimos fuiſſe terræ *Magdeburgicæ* vicinarumque regionum accolas. *Sueviæ* enim antiquæ *Cæſaris* et *Taciti* temporibus, tam late ſpatebant termini, ut, ſi univerſum eorum ambitum definire vellemus, totam ferme Germaniam (ſic enim Romani transrhenanam dicebant Germaniam, quæ nobis cisrhenana dicitur) Sueviæ antiquæ adſignare oporteret, exceptis tantum quibusdam Rheno proxime adjacentibus provinciis, et terris iis, quæ hodie circulo Weſtphalico adtribuuntur. Suevorum enim gens, ut *Julius Cæſar* refert *), longe maxima omnium erat Germanorum et bellicoſiſſima, iique centum pagos habitare, Cæſaris ætate ferebantur. Parum ſcilicet tunc temporis cognita erat ipſorum regio, ex quo etiam evenit, ut *Cæſar* Sueviæ fines nominatim et adcurate non definiret. Interim tamen tantus pagorum numerus, ſive regionum potius, ceu alibi demonſtratum ibimus, ſatis docet, in quam immenſum terrarum ſpatium diſtractæ fuerint Suevorum poſſeſſiones. Quippe *Tacitus* hoc non ſolum innuit, quando, Suevi, inquit, majorem Germaniæ partem obtinent, ſed diſertis verbis quoque confirmat, cum memoratis in ſuperioribus, pluribus Suevicæ gentis nationibus, ſic pergit: et hæc quidem pars Suevorum in ſecretiora, quæ interiora erant Germaniæ, et quæ Romanis huc dum nec intrare, nec luſtrare licuerat, terræ ſcilicet transalbinæ.

Neque hi tantum ſunt, qui gentis magnitudinem celebrent. *Strabo* etiam plurimis Geographiæ ſuæ locis non potuit non illam mirari. Ille quippe ſic: πάσης δὲ ὑπέρκειται τῆς ποταμίας ταύτης οἱ σοῆβοι προσαγορευόμενοι γερμανοὶ καὶ δυνάμει καὶ πλήθει διαφέροντες τῶν ἄλλων, ſupra totam hanc ripam germani illi, qui Suevi nominantur,

*) De B. G. L. IV. c. 1.

tur, degunt, reliquis numero et potentia ſuperiores *), et alibi quaſi decempeda limites Suevorum deſignat: μέγιςον μὲν τῶν σοήβων ἔθνος, διήκει γὰρ ἀπὸ τȣ̃ ῥήνȣ μέχρι τȣ̃ ἄλβιος νέμεται, καθάπερ ἑυμόνδοροι καὶ λαγκόσαργοι. Maxima quidem eſt Suevorum natio, nam et a Rheno ad Albim usque pertingit, et trans Albim habitant pars eorum, uti Hermonduri, et Longobardi **). Quibus ſi addamus, quæ alio loco adjicit: Eſt et alia magna ſylva Gabreta, deinde Suevorum ſedes, inde Hercynius ſaltus, quem et ipſi Suevi tenent; latiſſime fuſam Suevorum patriam his forte terminis circumſeptam fuiſſe, ſuſpicamur. Ab occidente nimirum a Sala fluvio ac ſylva Gabreta (quæ ipſius Hercynii ſaltus pars e Thuringorum provincia per Franconiam ad Bohemiam usque porrigebatur, a noſttatibus autem *Friſteta* der Friſteter Wald, ſive etiam, uti a *Cluvero*, der Doringer Wald vocatur) per Fagoniam et Wetteraviam, quibus adpellationibus nunc nobis illæ terræ cognitæ ſunt patentes, Rhenum inferiorem attingebant, ubi Trevirorum regionem adverſam, Ubios autem ad latus habebant. Id enim hariolamur non ſolum ex *Cæſaris* relatione, qui Treviros narrat, cum Aeduis legatos miſiſſe queſtum pagos centum Suevorum ad ripam Rheni conſediſſe, qui Rhenum ipſum tranſire conarentur, ſed etiam ex iis, quæ alibi tradit: ad alteram nempe Suevorum partem Ubios ſuccedere, qui eo tempore Colonienſibus et Juliacenſibus agris inſidebant, memoria eorum ad hunc usque diem in vici Ubich, qui in Juliacenſi Ducatu ſitus eſt, nomine, ſervata. Accedit, quod eodem *Cæſare* teſte, Tenchteri a Suevis ſedibus ejecti fuerint, quas habuerunt inter Francofurtum et Confluentiam, auf dem ſo genannten Weſterwalde; ſiquidem *Dio Caſſius* teſtatur, Tenchteros

*) L. IV. p. 296. edit. Amſtelod.

**) L. VII. p. 446. edit. Amſtelod.

teros consedisse partim trans Rhenum. Inde et a Mœni ostiis Suevi per Franconiam retrogressi, sic posuisse videntur sedes, ut hercynius saltus, bohemique, ac carpathii montes latus eorum a meridie clauderent. Hinc orientem versus flexæ sedes Vistulam fluvium limitem habuerunt; clauso denique territorio ab Aquilone mari Balthico, quod ab ipsis accolentibus etiam Suevicum dictum fuit. Facere nobiscum hac in re videtur *Matthias*, qui eosdem Sueviæ antiquæ terminos pangit. Ab oriente scilicet carpathii montes, a meridie Hercynius saltus, qui bohemicus etiam adpellatur, ab occidente Rhenus, ab Aquilone suevicum mare. Cæterum lubens fateor, quidquid etiam ea de re dici et soleat, et possit, semper tamen dubitationis nonnihil relinqui, ut ea propter etiam in tanta rerum caligine, certius et exactius Suevorum fines nequeant describi. Ob eandem quoque rationem *Cluverium* *) notare non audemus, qui quodammodo aliter terminos ponit: Suevia inquit antiquissimis temporibus erat, quicquid ab Occidente bojohemicis montibus, Sala, Albi et Trava, (forte Traunam fluvium intelligit, cum Trava sit e septentrionalibus partibus) amnibus, sinu Codano ac mox mari germanico, a septentrionibus mari glaciali, ab Oriente sinu albo, lacu albo, sinu Bothnico, mari Codano et Vistula Maroque a meridie Dannubio includebatur, quod spatium Suevi incoluerunt. Hoc tantum est quod exspectare non possum, qui bojohemicos montes, Traunam, sinum Codanum et mare germanicum ad occidentalem Germaniæ et Sueviæ limitem referre potuerit, cum montes isti et dictus fluvius, ad meridiem, maria vero septentrionem versus spectent, quare et mare germanicum dicitur vulgo die Nord-See. Deinde latiores miror terminos orientem versus. Etiamsi enim trans Vistulam Reucini,

Aestyi

*) Introduct. in Geograph. L. III.

Aeſtyi aliæque nationes habitarint; de gente tamen Suevorum num fuerint, cum *Tacito* merito dubitamus, *quibus*, inquiens, *ritus habitusque Suevorum*, *lingua brittannicæ* propior. Utut hæc ſunt, id tamen certum ratumque eſſe debet, intra Sueviæ antiquæ terminos olim regionem illam, quæ nunc territorium *Magdeburgicum* eſt, comprehenſam fuiſſe, immo meditullium terrarum ſuevicarum, ſi ambitum earum ex ſententia noſtra definias. Hoc enim niſi ex dictis jam adpareret, auctoritate *Claudii Ptolemæi* confirmari poſſet, qui varias recenſet Suevicas nationes, quæ ad Albim fluvium ſederint, et ſic quidem: *Interiores atque mediterraneæ gentes maxime ſunt Suevi Angli, qui magis orientales ſunt, quam Longobardi protenſi ad Septentrionem, usque ad medium Albis fluvii.* Recte tamen ad hunc Ptolemæi locum *ὁ πάνυ Leibnitius* monet, hæc magis convenire Longobardis, nam Angli potius vicini oſtio Albis, ceu infra pluribus evincetur. Idem *Ptolemæus* pergit: *Tum Suevi Semnones, qui habitant poſt Albim a præfata parte verſus ortum usque ad Suevum fluvium:* de quo quidem fluvio, quis fuerit, non ſatis adparere *Leibnitius* exiſtimat; communis tamen fert opinio, Oderam olim Suevum adpellatam eſſe, cui quoque non refragamur. Ex *Ptolemæi* et reliquorum Romanorum fonte *Adamus Bremenſis* hauſit, cum Suevos dicit, primo circa Albim, et in reliqua Germania habitaſſe. Quin immo eos terram præſertim Magdeburgicam coluiſſe, ad poſteritatem ſervata veſtigia teſtantur; quale inter reliqua eſt pagus *Suevon*, qui inter fluvios Bodi, ſeu Bodam, Salam, ſaltum Harticum ſitus erat, adeoque partem regionis *Magdeburgicæ* ambitu ſuo complectebatur, ut latius videre eſt apud *Meibomium* *) *Knauthium* **) *Beckmannum* ***) *Leukfeldium* ****) inprimis vero in *Chronico Gottwicenſi*,

*) Scr. Rer. Germ. T. I. p. 670. T. III. p. 109. **) In Antiq. Anhalt. p. 2.

) In Hiſt. Anhalt. P. III. p. 71. *) In Antiq. Halberſt. p. 17.

wicensi *), libro, ob rerum selectissimarum copiam, eumque, qui ab arte chalcographica est, nitorem, spectatissimo, et summe commendabili.

Ante vero quam ulterius progrediamur, non ab re prorsus alienum fore putamus, quædam de nominis etymologia delibare, de qua scriptores mirifice inter se disceptant. Sunt, qui *Gambrivii* filium, *Manni* nepotem, et gentis et nominis conditorem tradunt, inter quos *Aventinus* **) et qui ejus auctoritatem sequuntur, *Matthias* Quæstor Cælator, *Spangenberg*, et alii. Sed quod antea jam de *Aventino* monuimus, id iterum iterumque repetere necesse est. Etsi enim non omnem ejus fidem oppugnabo, eam tamen, nisi in rebus mediæ et suæ ætatis, tuto sequi non audeo, in antiquioribus semper mihi suspecto auctore. Nam in his ut plurimum illum στοχαστικῶς scripsisse, fere omnia quæ in alleg. l. pr. Bojicorum annalium de Germanorum origine et regibus refert, testantur abunde, cum eorum, quæ de his rebus tradit, idoneum certumque auctorem non alleget. Neque etiam patet, unde ea, quæ de Suevo tradit, depromere potuerit, nisi forte ex Aegyptiaci sacerdotis *Berosi* annalibus suppostitiis, quos spuria *Annii Viterbiensis* figmenta esse, supra monitum est. Alii de *Sevo*, monte in *Norvegia* sito, arcessunt nominis originem, quibus tamen ipsa gentis historia refragatur. Certum enim est, eam e Germania migrasse septentrionem versus, non autem e septentrionalibus partibus in Germaniam. Reliqui a germanica voce schweben, sive schweifen, derivari putant, eundem in modum, ac Vandalorum nomen ortum sit a vulgari voce wandlen, ob vagandi studium iis admodum proprium, id quod

*) L. IV. p. 787.

**) Ann. Boj. L. I. p. 12.

quod quodammodo *Strabo* innuit: *) ἀλλ᾽ ἐν καλυβίοις οἰκεῖν ἐφήμερον ἔχουσι παρασκευὴν, ſed in caſis habitant, ſtructura in unum diem conſtantibus. Firmatur hæc conjectura allocutione, quæ adhuc in Suevia uſitatiſſima eſt: Wo ſchwebeſt du herum? Sed nec hæc ſententia mihi arridet. Erat enim id vagandi ſtudium omnibus Germaniæ gentibus quaſi commune, ceu tot earum migrationes ſatis abunde evincunt. Quid? quod nomen ipſum Suevorum, vagis migrationibus videtur antiquius. Probabilior eorum opinio eſt, qui a Suevo flumine, quod Viadrum eſſe, ſupra innuimus, accolas nominatos perhibent **). Satis enim in aprico eſt poſitum, Suevos olim degiſſe in iis oris, quæ Viadrum fluvium ambiunt. In aliam forte non ineptam conjecturam a *Tacito* ***) adducor, qui inſigne gentis refert, obliquare crinem, nodoque ſuſtringere. Licet enim haud inconcinniter exinde conjicere, quod cæſariem incurvatam flexamque compoſuerint in cirros, ceu adhuc apprime uſitatum eſt apud utriusque ſexus homines, vulgo einen geflochtenen Haarzopf, Haarſchwanz, ſive juxta incultum priſcæ linguæ Theotiſcæ ſtylum Haarſchweif; ſiquidem in buſtis veterum et urnis multa ſolent inveniri utenſilia, quæ dubio procul inſervierunt capillis intorquendis. Et ab hac poſteriori voce *Suevos* dictos eſſe, tanto majorem habet veri ſpeciem, quanto eſt exploratius, populos antiquos ut plurimum ab ejusmodi rebus nomina accepiſſe. Inprimis obſervandum videtur,

*) L. VII. Geogr.

**) Quemadmodum plurium gentium adpellationes a fluminibus ortas, conſtat exemplis *Warinorum* populorum ampliſſimorum vulgo a *Warna* fluvio in Megapoli, *Suartonum* a fluvio *Schwarte*, *Stormarrorum* a *Större*, *Tungrorum* a flumine *Tunſtret*, hodie *Unſtruta*, *Hevellorum* a *Hevelo* fluvio, *Lingonum*, ſeu *Linnorum* hodie *Luneburgenſium*, a *Lena*, pluriumque aliorum a fluviis dictorum. vid. de *Weſtphalen* in Præfat. ad T. I. Rer. Germ.

***) L. c. c. XXXVIII.

detur, et magis firmat nostram conjecturam, quod singulari illo comas componendi modo *Suevorum* gens a reliquis Germanis se distinxerit. Et *Tacitus* idem docet: Sic in aliis gentibus, seu cognatione aliqua Svevorum, seu, quod sæpe accidit, imitatione, rarum et intra juventæ spatium, apud Suevos usque ad canitiem, horrentem retrosequuntur, ac sæpe in ipso solo vertice religant. Suevi hoc modo ornati effigiem ære exscriptam exhibet *Cluverus* *). Verum hoc quoque æquis lectorum judiciis permittimus, quod nihil certi ea de re definiri posse, ipsi quoque judicamus.

Interim ex his adparet, quantum cæsariei ornatum adamarint *Suevi*, quod comarum studium in reliquis fere omnibus germaniæ populis antiquioribus notatum est. Præprimis in flavis capillis venustatem quærebant, ita ut quibus natura denegarat hujus coloris comas ad rutilandas eas adhiberent remedia, quæ narrant *Diodorus Siculus* et *Plinius*. Romani vero, cum Germanos rutilis comis viderent; hoc ostenti instar, admirabantur; id quod ex creberrima hujus rei, et diligentiori apud Scriptores romanos mentione perspicitur. Sic *Ammianus Marcellinus:* candidi, inquit, pæne Galli sunt omnes et rutili. Monuisse autem hic juvat, Gallorum nomine apud scriptores romanos venisse totam germanorum gentem. Porro *Claudianus:*

Inde truces flavo comitantur vertice Galli.

Sicuti etiam *Strabo* rutilas gallorum memorat comas, de Brittannis loquens. Unde et observante *Isaaco Vossio* in notis ad *Urbicii Tactica*, veteres scriptores passim Gallos Germanosque τὰ ξανθὰ ἔθνη, i. e. flavas gentes adpellare soliti sunt. Poetæ quoque hunc germanorum morem ornatumque tangunt; e. g. *M. Annæus Lucanus* mollitiem in Cleopatræ aula illudens:

 Pars

*) In Germ. Antiq. L. III. c. 1.

Pars tam flavos gerit altera crines
Ut nullas Cæſar Rheni ſe dicat in arvis
Tam rutilas vidiſſe comas.

Martialis quoque *Lesbiæ* ſuæ antias laudans:

Arctoa de gente comam tibi, Lesbia, miſi,
Ut ſcires, quantum ſit tua flava magis.

Omittimus recentiorum ſcriptorum teſtimonia; ex quibus conſtat, ſerioribus etiam temporibus, Germanos cæſariem bene comtam magni feciſſe. Atque hoc quoque ornatu apud exteros inclaruerunt *).

Satis ut opinamur probatum dedimus, terram *Magdeburgicam* non partem ſolum fuiſſe *Sueviæ* antiquæ, ſed ipſum tenuiſſe ejus medium. Nec dubitari poſſe puto, quin illam incoluerint *Cæſaris* ætate *Suevi*, cum eosdem aliquot poſt Cæſarem ſæculis ibidem habitaſſe certum ſit **).

Verum hæc hactenus. Singula enim adcuratius perſequi, et copioſius enarrare, neque temporis fert ratio, ac ne ii quidem ferunt, qui huic operi fines dicti ſunt. Verum latius hoc argumentum et diligentius exſequar ſingulari libro, quem de terra *Magdeburgica* molior, et, deo valetudinem otiumque adſpirante, in lucem edam. Hæc autem præfari libuit, ut dum ſcriptores rerum *Magdeburgicarum*, et præcipue *Torquatum* edere adgredior, ipſe quoque ad easdem res illuſtrandas ſymbolam aliquam adferam. Reliquum hoc eſſe videtur officium, ut lectores de ipſo hoc conſilio meo, rerum *Magdeburgicarum* et *Halberſtadienſium* monumenta hactenus inedita evulgandi, edoceam, et de TORQVATO ea dicam, quæ ad ſcriptorem hunc rerum *Magdeburgicarum*

*) Patet hoc ex L. I. Ann. *Wittechindi Corbeienſis*.

**) Unde operæ pretium feciſſe non videtur *Petrus Bertius* quæſtione diſputanda; num Cæſaris ævo terra Magdeburgica jam inhabitata fuerit?

carum noſcendum, et annales ejusdem cum fructu legendos, facere videantur. Cum ſcilicet multos egregiosque viros, ingenii, doctrinæ, ætatisque nervos in eo et contendiſſe olim, et contendere etiam nunc intelligerem, ut hiſtoriam Germaniæ, ex monumentis antiquiſſimis veriſſimisque erutam, atque a fabularum contagio liberatam, quam pleniſſimam integerrimamque reſtituerent, ad ejusque ſtudium alios etiam excitarent: ipſe quoque tot nobiliſſimis clariſſimorum virorum exemplis, facile paſſus ſum me excitari, ut in aliqua hiſtoriarum antiquitatumque germanicarum parte illuſtranda, cum ingenii induſtriæque vires periclitarer, tum meam in patriam fidem ſtudiumque his quoque commentationibus adprobarem. Neque vero hæc, quam ſumſi opera, qualiscunque aut quantacunque ea eſt, ſupervacanea videri æquis et intelligentibus harum rerum exiſtimatoribus poteſt. Quamvis enim diſſimulari non poſſit nec debeat, ſummis virorum doctiſſimorum ingeniis vigiliisque indefeſſis, egregias innumerasque ad hiſtoriam Germaniæ factas eſſe acceſſiones: tamen, ſi quis ſit, qui omnia in rebus germanicis ſic expedita nunc eſſe putet, ut nihil poſterorum diligentiæ relictum ſit, is vehementer ſe ſciat falli opinionis errore. Multa quippe ſuperſunt in rebus germanicis, præſertim antiquioribus, obſcura, quæ illuſtranda, multa luxata, quæ reſtituenda, multa manca et mutila, quæ ſupplenda, multa per errorem inculcata, quæ reſecanda. Præſertim autem ſingularum Germaniæ provinciarum res nondum ſic erutæ ſunt, nondum ſic illuſtratæ, quin eruendis iisdem et illuſtrandis utilem quis operam adcommodare poſſit. Quis vero genuinam et plenam Germaniæ hiſtoriam vel tradere ipſe, vel ſperare ab aliis poteſt, antequam omnium provinciarum ſuppellex excuſſa fuerit. Eſt ſane Imperium Germanicum humano corpori ſimillimum,

mum, cujus ſtructuram et conditionem nemo adcurate inſpicere poteſt, qui non in omnium membrorum naturam diligenter inquirit; et Germaniæ certæ Provinciæ et ditiones tam arcte cohærent, et in negotiis concurrunt, ut imperfecta omnis ſit corporis contemplatio, quæ non innititur particulari notitia Germaniæ Provinciarum *). Vera hæc ſunt de Hiſtoria *Magdeburgica*, et *Halberſtadienſi*; præſertim cum utriusque ſcriptores, monumenta, et diplomata, veluti carceribus concluſa, a luce et conſpectu eruditorum arceantur. Nihilo tamen ſecius ſpes eſt haud exigua, pretioſiſſimos theſauros tandem clauſtra, quibus coercentur, perrupturos, et viros ampliſſimos, quibus diplomatariorum cura commiſſa eſt, eos cum republica literaria communicaturos. Ego equidem, cum ea felicitas mihi contigerit, quæ raro mei ordinis hominibus obvenire ſolet, ut nonnulla hiſtoriæ *Magdeburgicæ* et *Halberſtadienſis* monumenta nanciſcerer, nolui hiſce veluti clauſis incubare theſauris, et ab eorum contactu uſuque reliquos eruditos repellere. Tabularia, quantum quidem licuit, excuſſi, et codices antiquos, quanta potui diligentia indagavi, non ut ſupprimerem reperta, æternisque damnarem iterum tenebris, verum ut orbi literato eadem evulgarem, et in futuros uſus proponerem, quæ mihi monumenta idonea et fide digna viſa ſunt. Inter hæc rerum *Magdeburgicarum* et *Halberſtadienſium* monumenta, et inter hiſtoriæ præſertim *Magdeburgicæ* ſcriptores ineditos, eminet *Torquatus*, qui diu jam pulſavit carceres, et nunc demum mea opera emittitur. Quæ miſſio cum excuſatione non magis egeat, quam conſilium meum de monumentis nondum evulgatis in lucem hominum proferendis, ſuſpenſa hedera commendandum eſt: Quidquid ſupereſt hujus præfationis in hiſtoria et fatis horum, quos nunc edo, *Annalium* TORQVATI breviter enarrandis collocabo. Vitam

*) De Weſtphalen in Præfat. ad T. I. Rer. Germ.

Vitam quidem TORQVATI *Kettnerus in Clero Magdeb. Auſtral.* p. 613. commemorat, ſed confuſius, quam ut certum inde judicium de hoc viro ferre quis poſſit. Ex ſcriniis et bibliotheca B. *Ottonis* de *Guerike* vitam *Torquati* nactus ſum, ab auctore *germanice*, *dialecto Saxoniæ inferioris* ſub titulo: Huß-Bock *M. Georgii Torquati Sudenburg. Magdeburg.* 1569. ſcriptam. Ex his, quos de vita ſua ſcripſit *Torquatus*, commentariis, nonnulla, et quæ utiliora videbuntur, *latine converſa* dabo.

Non enim ambitione, nec invidia, nec vano gloriæ ſtudio in hanc ſcribendam vitam incubuit. Sibi ſcripſit, et poſteris ſuis interiores animi ſui receſſus expromſit, et res a ſe geſtas nec diſſimulavit, nec oratione ornavit, ſed ſimpliciter narravit, et ingenue, idque quoad longiſſime mens potuit reſpicere ſpatium præteriti temporis, et pueritiæ memoriam recordari ultimam, usque ad tempus 1569, quod inter varias rerum viciſſitudines, multas calamitates, et ſecundos iterum deſtinationum ſucceſſus exegit.

Etſi reprehendi a nonnullis ſolent, qui ſuam ipſi vitam deſcribunt, neſcio tamen an recte id fiat. Tantum enim abeſt, ut vitio hæc induſtria viro bono verti debeat, ut potius laudi ſit, ſiquis teſtimonium de rebus ſive bene ſive male a ſe geſtis, quorum quisque conſcius ſibi optime eſt, ipſe inprimis perhibeat. Si fide indigni id genus ſcriptores habeantur *qui*, ut non abſurde *Cicero* L. V. Fam Ep. XII. *prætereant, ſi quid forte reprehendendum ſit*, (unusquisque enim judice *Cypriano* Ep. LXVI. *ſibi favet, nec contra ſe aliquis infeſta, et adverſa promit*): ab hac culpæ ſuſpicione *Torquatus* longiſſime abeſt, qui ſibi conſtat, ab omni levitate abhorret, et ubique candoris indicia exhibet plane ſingularia. Adferam unum alterumque exemplum ex *Mscpto* cujus antea mentionem feci.

Scholæ publicæ uſum, inquit, non omiſi quidem (*) ſed fructus nec optatos, nec ſperatos inde domum retuli. Multa erant, quæ in diligentia, eruditione, moribus magiſtrorum juventutis meæ, deſiderari poſſe, videbantur. Inter æquales facile eminebam, clariusque exſplendescebam, ſed ſuperabam etiam alios petulantia, aliisque vitiis, quæ juventutem oblectare ſolent, & viciſſem adhuc, niſi ſapientiſſimum numen perpetuis morbis corpus ita debilitaſſet, viresque imminuiſſet, ut rebus facinoroſis non ſufficerem, nec par eſſem perferendis laboribus, quos ab æqualibus meis et videbam non ſine agilitate et robore membrorum perfici, et ab aliis reperiri. Ita morbis implicitus, parietum et legum præſidio ſecurus, ab æqualibus parum mihi timere debui, et potui; ſed eo majores, eosque periculoſiſſimos ſubii caſus, non tam temeritate, et culpa mea, quam negligentia moderatorum juventutis meæ. Ita bos validiſſimus puerum me adflixit cornibus, caputque perforavit, ut exanimis conciderem. Non ita multo poſt ingentes ſcalæ, quas parieti adplicaverant, decidentes, digitos dextri pedis fregerunt; fregiſſent procul dubio cervicem, niſi omen prohibuiſſet Deus.

P. 5. Ita ingemiſcit: Hos tres annos in ſumma licentia, more juvenili, eheu! exegi ac luxuria, ignavia, male agendo perdidi. O quam luctuoſa, et acerba mihi hujus infauſti temporis eſt recordatio! quam nunquam ſine gemitu meminiſſe poſſum ejus deſidiæ, quæ omnes ſuperioris inſtitutionis fructus eripuit! Si par

(*) De öffentlicke Schole hebbe ick wol beſocht. Aber nicht nützlicken. - - Under Mynes Glicken was eck höcher an Wiſſenſchopp; aber eck was önen vare, an muthwelligen Stückchen; und böſen Daten, woran dei Jugend öhr Speel hett. - - Aber dei leibe Herre Gott, hat meck dorch Kranckheiten ſo ſchwach hemakt, dat eck nicht ſtark genaug was, grötere Sünne tho dohn ꝛc. ꝛc.

par ingenio cultus acceſſiſſet, et debita induſtria, majores in literarum ſtudiis facere potuiſſem progreſſus. Cum id reſcirent mei, et præſentes viderent, auctores erant, ut artem manuariam eligerem, in qua tenuis corpuſculi vires exercere poſſem, magis ut explorarent juvenis animum, quam ut conſilium probarent ipſi ſuum. Sed ego iſta mente recolere, in animo ſollicite volvere tenuem cultum, ruſticam conſuetudinem, duros opificum labores horrere, et averſari, atque cum ſumma induſtria in literarum ſtudia incumbere, ut plane diverſam a ſuperiori vitam agere, et ſtudiorum rationes longe meliores ſuſcepiſſe, et ingreſſus viderer, ad quas ineundas, multi, qui non male de me ominabantur, principes mihi exſtiterunt. -- -- Sed exigua erant, et ne quid diſſimulem levia, quæ publice in ſchola docerer. Pleraque mea ipſius diligentia ſupplevi, inprimis cum ingenium mihi obtigiſſet, ad res gerendas non abſurdiſſimum, (da eck kenen demiſchen Koff hadde) nec animus deeſſet, ulterius progrediendi. Legebam quotidie, annotabam diligentiſſime, ſcribebam ſollicite, ad veterum ſcriptorum exemplum orationem meam conformare laborabam. Sed ſpei non reſpondebat eventus, cum dux deeſſet, qui judicium confirmaret, et doceret, in quo bonæ literæ, vitam quaſi et ſpiritum reciperent. In exercitatione dicendi profeciſſe nonnihil præceptoribus videbar, cum Græce pariter et latine in utroque orationis genere orationes componerem, Davidis, ſanctiſſimi vatis, Odas carmine redderem, et hac arte ita mihi placerem, ut ambitione puerili, et ridicula elatus, judicarem ipſe, omnium oculos cum admiratione in me eſſe converſos. Mirari par eſt præceps et temerarium judicium, magis vero meorum indulgentiam, et præceptorum in evellendis vitiorum radicibus, parum ſollertem induſtriam, qui tantum abeſt, ut pernicioſiſſimum hoc malum tollere vellent, ut alerent potius vanis aſſentationibus, et augerent.

P. 7. Brunſvigæ magnam de me excitabam opinionem, et commovebam exſpectationem. Aequales colebant; ſuperiores amabant, quem in pulcerrimarum rerum cogitatione credebant eſſe defixum. Mira in me commilitonum ſtudia elucebant, cum latera ſua objicienda mihi pollicerentur, ſi forte ab æmulis, quos ipſe injuriis provocabam, injuriæ inferrentur. Eodem anno, in concione ſolemni Imperatori inviƈtiſſimo Panegyricum carmine latino, eodemque heroico dixi, atque ex hoc tempore me ad vitam academicam præparavi.

P. 10. Viteberga ſola affluebat literatiſſimis hominibus, doƈtrinæ lumen latius diffundebat, et eam mihi inſpiraverat opinionem, ſedem ibi purioris doƈtrinæ cum cathedra Lutheri eſſe collocatam. Cum itaque res omnis ab meo juvenis arbitrio penderet, fiducia rerum bene gerendarum plenus, Vitebergam petii, atque incolumis contigi. Doƈtrinæ cauſſa adii Theologos; adhæſi etiam philoſophis ſpinoſas philoſophiæ quæſtiones excutientibus, docebar quoque hiſtoriæ rudimenta. Reliquum ab his laboribus tempus leƈtione utiliſſimorum librorum conſumebam, quos liberaliter ſuppeditabant bibliothecæ, ad quas liber aditus erat patefaƈtus. --- Cum vero quotidie viderem, veteranos exercitatos et æmulos commilitones prodire ad dicendum, et diſputandum de rebus præſtantiſſimis, animum invaſit lubido idem tentandi. Adjuvit juvenilem audaciam facundia oris, præſentia animi, et ingenium agillimum. Etſi enim argumentum, quod ad diſputandum propoſueram, vix caperem, nec propter ætatem pariter, ac materiæ ſublimitatem conſequi poſſem, cum nondum præceptis inſtitutisque Philoſophiæ abundarem: multa tamen ad ea, quæ ab adverſariis in hoc confliƈtu opponebantur, dixiſſe mihi videbar, nec abſurde, quia expedite reſpondiſſe putabar auditoribus; ut vel hoc exemplo conſtare poſſit, quantum ſit in rebus humanis inane. Mecum tamen habitare noveram, nec cri-

ſtas

ſtas erigere propter imbecillitatis meæ conſcientiam, qui multo nunc, quam antea, modeſtius de me ſentiebam, et tacito rubore ſuffundebar, cum quotidie in cives academicos inciderem, me longe doctiores, et nova quotidie caperem indicia ignorantiæ turpioris. -- --

P. 12. Neque hoc loco præterire poſſum invidiam, quam mea ipſius culpa conflaveram. Utebar inter reliquos familiariter, homine quodam, cui nomen *Bayerus*, nunc, cum hæc ſcribo, in Saxonia Paſtore, qui de *Transſubſtantiatione* varia, diſputatione ſollemni explicabat, et ipſe multos ridiculosque errores commiſerat. Cum res ad diſputationem veniret, ego ad opponendum invitatus jure meo utebar, multaque acrimonia, (bißig) et inſectandi prurigine bonum hominem riſui, et indignationi omnium propinabam. Querebatur de injuria ſibi illata *Bayerus*, rem ad ſenatum Academicum deferebat; præſtituitur utrique dies; compareo; improbant doctores, agendi, quam iniiſſem, rationem; ad moderationem animi, et modeſtiam graviter cohortantur; pœnas interminantur, ſi ſecus feciſſem. Ego in paterna admonitione acquieſcere potuiſſem. Sed juvenili dicacitate multa regerere, aculeatos admiſcere ſermones, et convicia, auctoritate ordinis parum commoveri; qua ſtolida defenſione non poteram non indignationem præceptorum, mihi cetera non male cupientium incurrere. Ergo ut coercerent audaciam meam, cenſebant Patres, adimendam mihi eſſe ad tempus facultatem frequentandi ſcholas, et diſputandi publice. Ferunt in hanc rem ſententiam; rogant legem; docent me, quid Academia fieri velit. Jubent, adjiciunt graviores comminationes, ni paruiſſem. Ego indignabundus, et irarum plenus domum me conferre, et ut fieri ſolet, iras concipere, atque nunc in hunc, nunc in illum evomere, parum denuo prudenter; de injuriis, quas ita interpretabar, quamvis falſo, propulſandis cogitare. Sed amicus prudentia ſingu-

 lari,

lari, et incredibili in me ſtudio auctor erat, ut ſupplici libello culpam deprecarer. Quod feci eo ſucceſſu, ut abrogaretur rurſus lex antea rogata. Hæc unica cauſſa fuit, quæ me per totam vitam in judiciis exercuit. Auxit vero prudentiam, et imminuit nonnihil ambitionem, qua efferebar. Hiſce fluctibus compoſitis, pergebam in inſtituto, et inexpugnabili induſtria novas quotidie colligebam doctrinæ opes. - - - Ab eo tempore in ſtudia hiſtorica diligentius incubui, et duabus per diem horis ſcholas aperui, quibus hiſtoriæ ſacræ et profanæ elementa explicarem commilitonibus, quorum plerique jam muneribus, vel ſacris, vel ſcholaſticis admoti ſunt. - - Nunc demum circumſpiciebam, ubi et animus ex Academiæ ſtrepitu refici poſſit, et corpusculum quotidianis laboribus defeſſum, et fere enervatum conquieſcere. Ita vero diffidebam mihi ipſe, ut deſperarem, me ex literis, quibus me abdideram, vel ad communem adferre fructum poſſe quidquam vel in adſpectum lucemque proferre. Itaque ut a republica abſtinerem, et procul munere publico, mihi viverem literisque conſilium inibam. Sed immortalis ille Deus, qui ſuis nunquam auxilio deeſt, nec irritas ſinit eſſe preces, in nomine Jeſu Chriſti fuſas, ita res omnes ordinabat, ut non obſcure ex variis indiciis colligerem, velle ſe, ne cœtui Chriſtianorum, et reipublicæ officiis meis deeſſem.

P. 25. Hoc anno (1567) animum, inquit, ad ſcribendam Hiſtoriam ſeu *annales Magdeburgenſes* et *Halberſtadienſes* appuli, et perlatis monumentis literariis, neque omiſſis illis, quæ in tabulariis publicis offendebam, nec contemtis recentiorum obſervationibus, opus adgreſſus ſum. Notavi multos errores; commiſi ſine dubio nonnullos ipſe, quia in conjurato ſcriptorum ſilentio, interdum confidentius nonnulla adfirmare auſus ſum. Poſt me alii, melioribus præſidiis inſtructi, hiſtoriam hanc enarrabunt, et ſupplebunt, quæ diligentiam meam effugerunt.

Non-

Nonnullis interjectis p. 36. sic pergit *Torquatus:* Tacuerunt postea inimici mei, et ego patienter tuli, quae contra me injuste, vel dixerunt, vel fecerunt. Nolui hæc silentio præterire, ut sciant posteri, quam multorum vexatus sim injuriis, quam potenter contra Deus mihi, et causæ meæ veluti patronus, adjutor, et parastata adfuerit. Nam præter alia, quæ in schola crucis edoctus sum, uni unius Dei patrocinio, spreta hominum auctoritate, me meosque commendavi, hujusque præsidiis suffultus, de hostium malevolentia feliciter triumphavi. Quanto enim opere in me sæviit Satanas, tanta e contrario sapientia Deus mihi providit, qui ἐκβάσεις quam plurimas aperuit, et quam lædere hostes conabantur existimationem meam, non defendit modo, sed novis insuper ornavit accessionibus.

Tandem in hæc verba *Torquati* narratio desinit p. 40. Fiat voluntas tua o Domine! *) perfice opus, quod in me incepisti; largire vires, ut spiritus tui præsidiis adjutus, vitiorum et meimet ipsius, qui tibi repugno, hostis sim infensissimus, et oppugnator, et victor, tibique soli vivam, fide, corde, opere, atque tandem in Te Domine moriar, qui es auctor vitæ, et dominus mortis meæ. Amen.

Verum a TORQUATO ad *annales* ejusdem, eorumque fata redeundum est. Post mortem *Torquati* librariam ejusdem supellectilem cum *annalibus*, emit Vir quondam perillustris de *Möllendorf;* et hos quidem tam caros habuit, ut eos omni cura instar carminum Sibyllinorum tegeret, forte ne salivam move-

 rent

*) Dein Wille o Heere Gott geschehe! vollbringe das gute Werk, das du in mir angefangen hast; gif meck ock diene Gnad, dat eck dorch dines hilligen Geistes Hylpp, de Sünne und meck, war eck dien find bin, haße, angriepe, und betwinge, und dir lebe mit Mund, Herz, und That, und in dir lieber Herre Gott sterbe. Du bist mynes Lebens Quell, und mynes Todes Here. Amen.

rent Senatui civitatis *Magdeburgicæ*, cujus Bibliothecam et ſcrinia ſedulo perveſtigaverat *Torquatus*. Ab illuſtriſſima gente *Möllendorfiana* acceperunt hoc cimelium, ut ex literis *Meibomii* ad *Sagittarium* conſtat, *Meibomii*. Hi diu triverunt hos annales, flagrantiſſimo patriæ ducti ſtudio, et tam impenſe amarunt, ut b. Abbas *Andreas Schmidius* ſcriberet: *Herculi citius clavam, quam Meibomiis Torquatum extorqueas.* *) Cum horum annalium communicationem tantum efflagitaret Vir olim perilluſtris *de Plotho* S. Reg. Maj. Boruſſ. adminiſter ſtatus intimus, reconditæ eruditionis, et librorum veterum, monumentorumque gnariſſimus; recuſabant precibus ejus annuere poſſeſſores. Ita enim ad humaniſſimas tanti viri literas reſpondebant: Es iſt das Mſc. von des Torquati Annalibus, ſo wir in unſerer Bibliothek haben, unicum, von des Verfaſſers eigner Hand, welches ſich ſonſt nirgend findet, ſehr ſchön geſchrieben, und mit denen Wapen der Nobleſſe du païs gezieret. Wir ſind ſolches zu überlaſſen vielfältig erſucht worden, haben es aber allezeit ausgeſchlagen, auch bis dato zur Communication nicht aus Händen gelaſſen. = = = Helmſtedt den 12. May 1722. Poſt fata *Meibomiorum* 1743. hic codex, cum univerſa bibliotheca Meibomiana haſtæ ſubjiciebatur ſub rubro: *M. G. Torquati Sudemb. Magdeb. annalium Magdeb.* et *Halberſt. Diœceſium P. I. quæ complectitur III. libros, in quibus deſcribuntur, 1, ſitus, qualitas* ſoli *ac migrationes crebræ primorum incolarum, utriusque diœceſeos, 2, bella Francica, per quæ Majores noſtri coacti fuere et imperium Rom. et Religionem Chriſt. ſuſcipere. Recitatur quoque Hiſt. fundat. Epiſcopat. Halberſtadt cum præcipuis eventibus, qui acciderunt in rep. et eccleſ. ejusdem usque ad Otton. M. Imp. Contexta eſt hæc Hiſtoria ex diverſ. annal. Chronicis* et *ſcriptor. impr.* ac *mſctis tam vet. quam recent. et ex monument. quæ in Archiv. harum regionum recondita aſſervantur. 1574.* **Auf dem Tit. Blat ſtehen die Wapen von Magdeb. Halberſt. Meiſſen, Naumb. Marsburg. Magdeb. Cap. von Havelbergk illuminirt. Darauf folgen die** *Imagg. S. Mauritii,*

*) Hannöverſche gelehrte Anzeigen vom Jahre 1751. S. 580.

ritii, *Stephani Proto-Martyr.* nebst deren Hist. und andern *Imagg.* In dem Buche selbst sind *Figg.* Sonst ist alles sauber geschrieben, und gebunden. Der *Auctor* ist 1575. gestorben. Das Buch hält 214. Blat. *Opus nunquam editum, et longe aliud, quam id, quod Mencke T. III. Rer. Germ. recenset, sub nomine Torquati.* In laudes hujus Mscpti ita excurrit B. *Frobesius*, qui Catalogum Bibliothecæ Meibomianæ præfatione instruxit: Die besondere Rarität und Kostbarkeit des *sub N. I. Mspti Torquatiani* ist nicht nur aus des *Cyr.* Spangenbergs an Fürsten Joachim Friedrich, *postuli*rten *Administratorem* des *Primats* und Erz-Stifts Magdeburg, gestellten *Dedication* seiner Querfurthischen Chronick, und denen unten *sub n. 710.* angeführten Briefen, *) sondern auch unter andern daraus abzunehmen; da eine fürnehme Stadt solches *Msct.* um eine ansehnliche Summe Geldes zu erkaufen sehr bemüht gewesen, und die Besichtigung dieses Buchs unter einer Caution von 1000. Rthlr. verlangt hat. Pretio certabant 1743, emtores et B. *Smalianus* Potent. Boruss. regi a consiliis bellicis, et civitat. Magdeb. Syndicus, (vir ingenuus, et incomparabili librorum veterum, æque ac novorum, inprimis manu exaratorum notitia præditus) vincebat. Ab heredibus *Smalianis* emit vir quidam illustris, qui ut aere exscriberentur benevole eosdem mecum communicavit. Quod vero *seriem et ordinem Magdeburgensis Ecclesiæ Pontificum*, qui T. III. Scriptor. Saxon. *Menckenii* exstat, attinet, erronea opinione ad *Torquatum* auctorem refertur. Habuit quidem *Torquatus* has schedas, legit, et iis usus est, sed quæ continentur iisdem, neque scripsit ipse, nec digessit. Anno enim 1513, qui in indice *præsens* dicitur, nondum erat natus.

Præter *annales* nihil scripsit *Torquatus.* Verum in his ipsis annalibus, si dicendum quod res est, veram justamque historiæ laudem

*) Casp. Sagittarii ad H. Meibomium Epist. 3. quæ testantur, Torquati annales nunquam editos, et nullibi reperiri.

laudem non ſemper tuetur ſcriptor, neque caſtigato ſatis ſcribendi genere utitur. Narrat ſolum, quæ acta geſtaque ſunt; non rerum cauſas latentes altiusque abditas exponit, neque rationes et conſilia rerum perſequitur. Dictio ejusdem ſic plerumque abeſt a caſtiori latinitate, ut fæces ſæpe numero oleat, ſcriptoremque prodat vitiorum virtutumque ſermonis romani non ſatis gnarum. Sed hæc quæcunque ſunt, ut ſunt certe quamplurima, condonanda et inſtituto ſcriptoris, et ætati eſſe videntur. Annales enim ſcripſit, non juſtam hiſtoriam; et præterea ea ætate ſcripſit, quæ iis literarum doctrinæque præſidiis, quibus nunc fruimur, caruit.

Cæterum quamvis multa ſint, in quibus ab iis, quæ tradit *Torquatus*, meam ſejungo ſententiam; et animus ſtatim eſſet, quæ vel ad notandos ejusdem errores corrigendosque, vel ad lacunas et ſalebras, quibus hi annales ſcatent, complanandas facere viderentur, ſubjicere: tamen ex quo *Magdeburgo*, cujus ſanctiſſima mihi ſemper et cariſſima erit memoria, diſceſſi, et novum munus ingreſſus ſum, tot diſtrictus negotiis fui, ut vacare his ſatis non poſſem. Quæcunque vero ſubnata mihi fuerint, emendandis ſupplendisque hiſce annalibus idonea; ea tomo alteri horum *monumentorum ineditorum* ſubjungam.

Nunquam enim literarum et doctrinæ emolumentis et incrementis inſervire deſiſtam; ſed quidquid in me eſt ingenii, et quidquid otii atque valetudinis Deus mihi largitus fuerit, id omne liberalibus ſtudiis commodabo. Quedlinburgi d. III. id. Martii A. R. S. MDCCLXI.

Fridericus Everhardus Boyſen.

DE

DE. SANCTO. MAVRITIO. MARTYRE. *)

Anno Chriſti 298. cœpit horribilis perſecutio Chriſtianorum, authoribus Diocletiano et Maximiano, qui pari poteſtate imperabant ſimul Auguſti. Hæc perſecutio duravit totum decennium, et non diſſimilis fuit iſtis perſecutionibus, quæ fuerunt tempore Pharaonis in Aegypto, et Antiochi in Judæa. In hac decennali perſecutione a Maximiano Imper. interfectus eſt exercitus ſeu legio Thebana, quam Dux MAVRITIVS ex oriente in occidentem adduxerat Imperatori, euocatus ab illo ſub ſpecie ac religione quidem iuramenti, quo vt ſubditus Romano Imperio obſtringebatur, ſed magis occaſione facilius ipſum opprimendi, quia et ipſe cum militibus ſuis profitebatur Chriſtianam religionem, nec Imperatorum Romanorum diis ſacrificare volebat. Trucidata vero eſt hæc Thebea legio cum ſuo Duce Mauritio in ſuperiori Valeſia Germaniæ prouincia, eo in loco ad Rhodanum fluuium, vbi circa annum

*) Haec, quae de S. MAVRITIO, item de S. STEPHANO. narrantur, quamuis protrita et peruulgata; tamen cum in autographo TORQVATI. picturis S. STEPHANI. et S. MAVRITII adiecta eadem reperiremus, hic etiam vtriusque martyris ſimulacris aere exſcriptis adiungere viſum fuit, retenta adeo orthographia TORQVATI. licet ſæpius vitioſa. Religioni enim duximus, autographum TORQVATI. non dare integrum, ſed omiſſis reſectisque nonnullis mutilum.

annum Christi 500. Sigismundus Rex Burgundiæ, collectis ossibus D. Mauritii sociorumque eius Martyrum, Monasterium condidit, quod etiam hodie cum adjacente oppido, zu S. Moritz dicitur. Cosmograph. Münsteri Lib. 3. cap. 31. et 33. Harum reliquiarum particulas quasdam Otto Magnus Imperator per Rodolphum regem Burgundiae Magdeburgum transtulit. Annuus ille *mercatus*, qui circa Festum Mauritii *Magdeburgi* celebratur, ab hac legione Thebana dicitur Heermisse, quia Missa sollemnis die Festo Mauritii de exercitu seu legione illa quotannis cantari solita fuit.

CRVX crocea in vexillo rubro significat, quod ipse Mauritius Dux cum suis sociis sanguinem profuderit pro istius nomine, qui in ara crucis victimam sese obtulit Deo patri pro peccatis totius generis humani. In quo signo etiam hostes Christiani nominis superari oportere, ipse Christus in caelo Constantino Magno Imperatori ostendit.

DE


DE SANCTO. STEPHANO. PROTOMARTYRE.

Sanctus Stephanus vnus e ſeptuaginta diſcipulis Chriſti fuiſſe Hieronymo videtur. Et Judæus in Græcia natus Jeroſolymae legem Moyſis didicit in vno collegiorum illorum, quorum diſcipulos contra ſe diſputantes habuit. Plenus S. Spiritu ac ſapientia, ornatusque dono miraculorum et prophetiae, commendatur etiam ab integritate vitae, conſtantia in confeſſione, patientia, alacritate in cruce, et vera denique in ipſa morte inuocatione. Fuit Diaconus in Eccleſia Chriſti, et primus Martyr, qui ſua morte teſtificatus eſt, Chriſtum, verum Deum et hominem vnicum eſſe, quem propoſuit Deus propiciatorium per fidem in ſanguine eius. Rom. 3. 1 Johann. 4. Obrutus eſt lapidibus Aō 7. ab Aſcenſione Chriſti in caelum.

Duplex *color in clypeo Dioeceſeos* vtriusque has ſignificationes habere legitur. RVBEVS ſignificat ſanguinis profuſionem pro religione vera retinenda. Albus notat Chriſtianorum vitam inculpatam ac mundam ab omnibus peccatorum ſordibus eſſe debere.

Nachricht an den Buchbinder.

Die 7. Blätter Kupfer werden so, wie sie numerirt worden, gleich hinter die Vorrede gebunden. Die 2 Kupfer, welche paginirt, werden an gehörigen Ort gebracht.

Stifft  Magd.

Meissen.

ANNALI





No. 4.



No. 5.



No. 6.



No: 7.

Warhafftige Contrafactur des Durchlauchtigen Hochgebohrnen Fürsten und Herrnn Herrn Joachim Friedrichs Marggrafen zu Brandenburg Administratoris zu Magdeburg x



Allhier fein abgemalet ist
Der loeblich Hochgeborne Fürst
Joachim Friedrich der christlich Held
Dem Gottes Wort gar wohlgefelt,
Welchs er helt für das hoechste Guth,
Das uns allein macht rechten Muth.
Sein Landt und Leut regiert er wohl

Wie es billich geschen soll,
Nach Gottes Wort auf dieser Erden
Nichts bessers uns kan geben werden
Denn solche christlich Obrigkeit,
Die ires Ampts wart allezeit,
Derselben nach Sand Pauli Lehr
Soll man geben Zoll Schoß und Ehr.

Reverenda dignitate, generis nobilitate, vera animi pietate aliisque virtutum ornamentis amplissimis Viris ac Dominis, D. *Christophoro a Mollendorff* Decano, et D. *Francisco Konigsmarck* Seniori, ac universo reliquo Senatui capituli Cathedralis Ecclesiæ in Magdeburgk.

Dominis suis observandis.

Quanta sit historiæ utilitas, quamque ejusdem necessaria lectio, non solum principibus Viris, et iis qui ad Reipub. atque Ecclesiæ gubernacula præsunt: Reverendi ac amplissimi Viri: verum

Historiæ utilitas.

verum etiam ſingulis hominibus, cujuscunque illi ſint facultatis et diſciplinæ, id multi inter latinos et græcos doctrina ac eloquentia præſtantiſſimi Viri luculenter docuerunt, ita ut prolixe hic laudationem de illa inſtituere non ſit neceſſe. Qua propter pauca de horum annalium conficiendorum conſilio ac ratione præfabor.

Ratio horum Annalium.

In omnibus fere rebus, unde maxima quæque commoda manant, perverſum ſolet eſſe hominum ſtudium. Id quod et in hiſtoriis cognoſcendis accidit. Nam ſicuti plurimi hoc vitio oculorum laborant, ut non quæ ante pedes ſunt animadvertant, ſed tantum quæ procul poſita ſunt videant: Ita quidam hoc animi morbo affecti ſunt, ut non gentis ſuæ facta tanto ſtudio inquirant et legant, quanta aviditate peregrinas hiſtorias arripiunt, quantoque ſtupore alienas mirantur et ſuſpiciunt, ſicut vere dicitur apud Comicum: Tædet quotidianarum, et apud Athenæum: Ερῶμεν ἀλλοτρίων παρορῶμεν συγγενῆ. Faſtidimus proxima et nobiſcum quaſi nata, cupientes aliena. Sed hoc faſtidio laborantes homines vetus et ſapiens Poeta *Pindarus* recte veſanos appellat, inquiens: Εςὶ δὲ φῦλον ἐν ἀνθρώποισι ματαίοτατον, ὅςις αἰσχύνον ὑπερχώρια, παπταίνει τὰ πόρνωμετα μώνια. Eſt genus hominum vaniſſimum, quod contemnens vicina præſentia, circumluſtrat quæ procul ventoſa et inania ſunt, affectans eadem ſpe immodica.

Etſi vero non improbandum illorum eſt conſilium et, qui ut Latinorum ac Græcorum, ita et alia-

rum

rum gentium hiſtorias hoc nomine plurimi faciunt, quod omnium civilium officiorum exempla tradant: tamen magis decet operam dare, ut patrias ac quaſi vernaculas cognoſcamus, inque illis illuſtrandis operam aliquam ſumamus, cum eæ nobis rerum agendarum commonefactiones illuſtriores atque copioſiores proponant.

Primo etenim cum eadem fabula, donec hic mundus ſeu eadem hominum natura manet, agatur: iidemque eventus in hac vita, tanquam Comœdiarum proſcenio, recurrant, mutatis tantum σχήμασι, h. e. perſonis et appellationibus: Et hiſtoria juſtitiæ, pietatis atque modeſtiæ magiſtra ſit, quia et miſericordiæ, et iræ ac providentiæ divinæ documenta abunde ſuppetit, idcirco vehementius animos noſtros afficiunt et erudiunt exempla noſtræ gentis nobis quaſi cognatæ, quam peregrinæ. Nam recordatio virtutum majorum noſtrorum ad ſimiles nos exſuſcitat et accendit virtutes, cum turpe videatur unicuique, degenerem a paterna virtute videri, juſtumque putemus poſteros acceptam a majoribus gloriæ hæreditatem ſummo ſtudio conſervare atque tueri. Accedit et illud, quod pleraque negotia noſtra præſentia ex domeſticis hiſtoriis rectius judicentur, quam ex ſcriptis eorum, qui de alienis Rebuspubl. commentati ſunt. Ut non incommode illud Luciani dictum huc referri poſſit, ubi inquit: Fumus patriæ ſemper luculentior eſt igni alieno.

Deinde cum requiratur ab omnibus pietas, cujus præcipuus gradus eſt gratitudo, quæ conſiſtit ex duabus ſummis virtutibus, veritate ſc. et juſtitia, illa agnoſcente acceptum beneficium, hac obligante nos ad recompenſationem: juſtum eſſe cenſeo, retinere illorum memoriam, a quibus non ſolum progeniti ſumus, ſed qui fuerunt etiam οἰκισαὶ, qui ſuo ſtudio atque induſtria ornamenta ſcholarum, Eccleſiarum, legum ac honeſtæ diſciplinæ parta ac conſervata reliquerunt. Sicuti etiam vetuſtas divinos honores iis decrevit, qui mortalibus fruges et victum oſtenderunt, hoc eſt recte vivendi rationem docuerunt. Pariter autem et deteſtanda eſt hæc ἀνιστορησία, ignorare per quos et lucis uſuram, et reliqua illa vitæ ornamenta accepimus, et deploranda majorum noſtrorum infelicitas, quorum res quidem ſtrenue ac fortiter geſta ſunt, ea tamen aut nullis omnino literarum monumentis notatæ ſunt, aut certe indoctorum inſcitia fœde contaminatæ paſſim negliguntur. Nec vero externi ac nimium φίλαυτοι hiſtorici tantum aliene ac cont.mptim, verum etiam noſtrorum Annalium notatores admodum negligenter et non raro inſulſe tam de principibus quam popularibus ſuis loquuntur, ac ſi eſſent barbari ac obſcuri homines, de quorum origine vix ulli conſtaret, quique nihil certo conſilio aut firma ratione, ſed cœco impetu omnia geſſerint. Sed narrationes veræ ipſorum factorum teſtabuntur immerito barbariem iis objici, et pleraque eos ſapienter et moderate feciſſe.

Poſtre-

Poſtremo cum Thucydides queratur, vulgus non inveſtigare veritatem rerum, ſed alios ab aliis earum tantum famam quamcunque temere oblatam, arripere ſine diſcrimine ſineque ullo judicio: opere pretium eſſe puto, exploratis accurate rebus omnibus operam dare, quo noſtris hominibus veteres ſuæ cujusque patriæ hiſtoriæ notiores reddantur.

His de cauſis confeci *hos Annales,* non mediocri cura, quantum quidem quærendo inveſtigare, ac a ſitu obſcuritatis magis quam veritatis eruere potui, præſertim cum *autores habuerim viros nobilitate, ſapientia et doctrina excellentes in hoc Archiepiſcopatu.* Spero igitur omnes amantes patriæ candide judicaturos eſſe de hoc labore, quem pietate erga patriam ac ſtudio inquirendæ veritatis adductus ſuſcepi. Sat mihi laudis conſecutus videbor, quod alios ſi non maximopere adjuvero, ſaltem hac opera excitaverim, ut majori ſplendore atque apparatu patriæ hiſtoriam illuſtriorem reddant, declaraturi et ipſi gratitudinem et reverentiam, quam majorem patriæ quam ipſis parentibus deberi philoſophi tradunt. Nec vero adeo ineptum me aut rerum imperitum quisque judicet, qui ignorem, plurimos alios in his provinciis doctos viros eſſe, qui ad hoc ſcriptionis genus & natura magis idonei, et doctrina uberius inſtructi, ac judicio rectius confirmati ſint, quam ego, qui in hac opella diligentiam quantulamcunque oſtendere, non ingenii vim aut orationis facultatem, quæ plane tenues ſunt, oſtentare volui.

Annalium III. Partes. Prima.

Distribuo autem Annales in tres partes, quarum hæc prima complectitur tres libros, in quibus recitatur crebra mutatio incolarum, situs et qualitas soli, utriusque ditionis, et initia fundati Episcopatus Halberstatensis cum historiis rerum memorabilium, quæ acciderunt in utraque Diœcesi ad Otthonem Imum usque, quæ quia obscure in vetustis annalibus scripta sunt, ex ipsis *Archivis*, tanquam e tenebris in lucem revocatas planiores reddam. SECVNDA continet originem et incrementa Archiepiscopatus Magdeburgensis a condita urbe Magdeburgica usque ad annum Christi 1234, quo obiit *Albertus Kevernbergius* Archiepiscopus, sub quo Præside cumulatis per recens exorta varia Monachorum examina cultibus superstitiosis et abusibus Romanis, Pontificia Monarchia ad supremum culmen pervenerat. TERTIA desinet in obitu Reverendiss. Patris ac illustrissimi Principis ac Domini, Domini *Alberti* Brandenburgici, Archiepiscopi, Cardinalis, atque Electoris, quem fatalis rerum mutatio orta e religionis dissidiis secuta est etiam in his locis.

Secunda.

Tertia.

Magdeburgicæ et Halberstad. res conjunctæ.

Non solum vero Magdeburgicæ sed et Halberstatensis ditionis res tracto, servata serie successionis Imperatorum ac Pontificum Romanorum accuratiori, quam nostros scriptores fecisse videmus. Ac utramque ditionem nomine patriæ intelligi volo, quod et a primis annis conjunctæ fuerint, et nostro seculo per unum Episcopum simul gubernatæ.

Porro

In hiſtor. Archiep. Magdeburg. tres *Alberti* maxime memorabiles.

Porro Archiepiſcopatus Magdeburgenſis fatum non minori admiratione quam obſervatione digniſſimum cenſeo, in tribus iſtis Archiflaminibus, qui ὁμώνυμοι καὶ ὁμότιμοι id eſt, cognomines et eadem Cardinalitia dignitate ornati inter reliquos Epiſcopos omnes præcelluerunt, et huic ditioni maximo ornamento ac præſidio fuerunt.

In *Alberto* enim primo Archiepiſcopo, monacho Trevirenſi et Cardinali cœpit; In *Alberto Kevernburgio* Cardinali maxime floruit et in *Alberto* Brandenburgico Cardinali rebus per Romanum Imperium propter religionis diſſidia turbatis.

Familiæ nobiles.

In duabus poſterioribus ſub ſingulis Epiſcopis recito familias nobiles, quas in monumentis litterarum reperi, ac notavi, quando quæque et qui in quaque familia excelluerunt. Non enim æterno letho obrui, ſed vivaci ac nunquam intermoriturae memoriæ commendari decet familias heroicas, quarum nulla unquam extitit, e qua non prodierint aliqui, quorum vel pietas, vel ſapientia, vel eloquentia, vel militaris induſtria, ſeu in rebus agendis, aut animi moderatio, aut ingenii dexteritas his regionibus non maximo fuerit uſui atque emolumento.

Ratio ſcribendi Auctoris.

In his commemorandis vere affirmo me non velle ulla ratione aliquem ſugillare. Et quanquam libertatem et legem hiſtoricam religioſe obſervo, haudquaquam tamen quemque maligne vellicare aut petulanter lædere volui. Non enim delector Satyrico ſeu Chamitico illo ſcribendi genere, quo gubernatorum

ac

ac patrum patriæ vitiis, ſi qua ſunt, (ut ſuum cuique errorem natura attribuit) calumnioſe exaggeratis ac denudatis, quæritur ingenii laus et ſtolidi vulgi applauſus. Cum non fruſtra toties in ſcriptura præcipiatur, ut honore Magiſtratum afficiamus. Priſcis quoque temporibus conſuetum fuiſſe tam in populo Dei, quam apud reliquos orbis gentes, laudare mortuos, eosque nulla contumelia afficere, teſtis eſt univerſa antiquitas. Et ut id fiat, publico omnium ſanorum ſuffragio judicioque comprobari non dubito. Quis vero reperietur tam perditus ac flagitioſus, qui etiam optimo jure id fieri mecum non fateatur? dummodo in moribus gubernatorum aliqua ſit mediocritas. Quare ut nemini falſam laudem, omnis aſſentationis expers, adſcribo: ita Dei dona in heroicis atque Principibus viris judico eſſe grata mente agnoſcenda, ac perpetuæ poſterorum memoriæ conſecranda.

Prima Pars Annalium.

Hanc vero *primam partem* inchoati laboris, ampliſſimi Viri V. A. offero, tanquam primitias hiſtoriæ patriæ ac documentum diligentiæ ac fidei meæ in colligenda ea. Nam cum de clementiſſima *approbatione* et *conceſſione* Reverendiſſimi ac Illuſtriſſimi Principis et Domini, Domini *Sigismundi* Archiepiſcopi laudatiſſimæ memoriæ, ac de Veſtra ampliſſimi Viri conſentiente voluntate hanc operam patriæ ornandæ ſumpſi, agnoſco me tam debitæ ſubjectionis jure, quam dati juramenti religione cogi, ut hanc ſcriptionem ſapientiſſimo judicio et deliberato A. V. conſilio atque arbitrio ſubjiciam. In qua ſi quid deſiderabitur, mihi condonari

donari peto, cum primus hæc audacius forſan quam prudenter, ſed pie tamen tentarim, et res patrias non tantum ex obſcuris et inter ſe diſcrepantibus narrationibus veterum ſcriptorum ſecernere, ſed etiam e literis pulvere ſituque ſqualentibus, ac a tineis blattisque in *Archivis* harum regionum eroſis, tanquam micas auri in Plutonis officina a luto repurgare et ſeligere oportuit, non ſine gravi valetudinis diſpendio.

Quare ea qua decet animi ſubmiſſione rogo, ut A, V, hos meos conatus et quicquid impenſum eſt operæ, clementi atque benigno animo ſuſcipiat, meaque hæc ſtudia commendata habeat. Deum æternum patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti ardenti pectore oro, ut A, V, noſtræ patriæ patres quam diutiſſime incolumes et florentes conſervet. Inter nos quoque accenſam ſanæ doctrinæ lucem clementer tueatur, nec eam extingui ſinat. Ex Neapoli Magdeburgica Anno a partu virgineo 1574. die 18. Auguſti.

Amplitudinis Veſtræ ſubditus
et miniſter

M. Georgius Torquatus,
Sudenburgicus et Paſtor Eccleſiæ Dei
In Neapoli Magd.

ANNALIVM MAGDEBVRGENSIS AC HALBERSTATENSIS DIOECESIVM

LIBER I.

PARTIS I.

CAPVT I.

De situ Archiepiscopatus Magdeburgensis et Episcopatus Halberstatensis.

Archiepiscopatus Magdeburgensis ultra Albim habet in oriente Marchiam Brandenburgicam mediam, et Principatum Anhaltinum. Ad meridiem Ducatum Saxoniæ, Episcopatum Mersburgensem, partem Thuringiæ et Halberstatensis Diœceseos, a qua amne Boda interfluo et monte Hackelo disjungitur. In occasu contermini sunt Halberstatensis Episcopatus, Ducatus Brunsvicensis et Lüneburgensis. In Septentrione est Marchia Brandenburgica vetus.

Episcopatus Halberstatensis in ortu solis finitimum habet Magdeburgensem Archiepiscopatum majori ex parte, a meridie Hercyniæ juga adjacent, cum comitatibus Hercyniis: Honstein, Regenstein, Blankenburg, Wernigerode, Arnstein, Anhalt,

Falken-

Falkenstein. In occasu et Septentrione Brunsvicano et Magdeburgico agro terminatur.

Hæc quasi generalis quædam est delineatio, qua etsi uterque Episcopatus comprehenditur, tamen sua quisque præterea habet territoria in ipsis finitimis regionibus. Sic Magdeburgensis jurisdictionis est provincia Jüterboccensis et Damhensis in ortu extra præscriptos terminos, circumdata Marchia Brandenburgica nova, Ducatu Saxoniæ, et terra Lusatiæ inferioris.

Halberstatensium Diœcesi subjacet territorium Wevelinge cum Canonia Walbecke, quod inclusum est limitibus Marchiæ veteris Brandenburgicæ, Episcopatus Magdeburgensis et Brunsvicensis Ducatus.

Præter hæc continuo tractu Magdeburgensis Archiepiscopatus distenditur in longitudinem ferme viginti duorum milliariorum, ab Elistro amne ex Austro supra Halam urbem versus septentrionem ad pontem Havelbergensem usque, excepta Anhaltina ditione, qua is spatio quatuor milliariorum longe lateque ab Albi per Cothensem terram et Bernburgensem Principatum ex Oriente ad Halberstatensem Episcopatum usque in occasum interrumpitur et distrahitur, quanquam jure feudali ad Archiepiscopatum hic tractus immediate quoque pertineat.

Latitudo a Scheiningen ad Lonburg in ortum continet ultra decem milliaria.

Halberstatensis Episcopatus ex occiduo sole ab Obacro flumine prope Walpingerode, descendit sub Hercyniæ monticulis anterioribus ad arcem Freckeleve et Wipperam fluvium per milliaria decem.

Latitudo ferme est milliariorum septem.

Ut autem harum Diœcesium situs recte cognoscantur, *Appiani* annotationes adjungam, qui urbibus earum metropolitanis, et in medio, tanquam umbilicus, positis sua certa loca assignat. Affirmat enim Magdeburgum habere longitud. Gradus 29. M. 38. Latitudinis 52. 20. Halberstadium vero Longitud. 28. 38. Latitud.

titud. 52. 11. Hinc eruditiores de earum ſitu judicare optime poterunt.

CAPVT II.

De diſtinctis regiunculis cujusque Epiſcopatus.

Univerſa terra Magdeburgica ſemper in certas quasdam fuit diſtincta partes. Aliæ vero antiquitus fuerunt quam nunc conſtituuntur.

Hodie in quatuor eam dividunt regiones.
- I. Eſt regio Salingorum.
- II. Regio ſylveſtris.
- III. Terra Hierichuntina.
- IV. Provincia Jüterboccenſis.

Hæ duæ poſteriores regiones uno nomine appellantur Terra Trans-Albina vel Ultra-Albina. Porro terram Hierichuntinam mediam perlabitur *Stremma* fluviolus, quo interluente duæ ejus efficiuntur partes, diverſis nominibus inter ſe diſtinctæ.

Ultra *Stremmam* pars altera dicitur *Flamingia*. Citerior vero ad Albim et Havelum amnes terra eſt *Hierichuntina*, ſic dicta etiam ante cœnobii Jerichoviani ſtructionem.

Ager Halberſtatenſis non ita diſtinguitur, ſed juxta fluviolos ſuos commodiſſime definiri poſſe videtur, de quo infra explicatius.

Priusquam vero hic commemorem, quæ utriusque Diœceſeos ſit qualitas, ſitus et agrorum fertilitas, quidve ἀξιομνημονευτόν ſeu memoria dignum in utraque acciderit, ab ipſo fundationis exordio, neceſſe erit in primis duobus libris repetere: Qui populi hos terræ tractus initio poſſederint: A quibus mundi cardinibus advenerint: Et cur priſtinis in Oriente ſedibus ſuis relictis alii alios huc in Occidentem inſecuti, ſeſe invicem e locis occupatis exturbarint, donec poſtremi Saxones hanc oram ſui juris et ditionis fecerunt, qui noſtri ſunt majores. Non etenim Saxones omnium primi ſunt harum regionum cultores et quaſi indigenæ, ut noſtrates nugantur Annales, ſed longe ante et poſt natum Chriſtum veteres Suevi populi hic imperarunt. Eos deinde Sclavi circa quingenteſimum annum Chriſti extru-

extruſerunt, quos rurſus Saxonica gens oppreſſit, armis et legibus ſibi regnum conſtituens, non ſine excellentis virtutis admiratione, atque Chriſtianæ pietatis commendatione.

Hæc repetitio ob hanc potiſſimum fit cauſam, cum nulla gens, cujus aliquod in terrarum orbe nomen fuit atque potentia, non magno ſtudio progenitorum ſuorum primordia, et poſterorum augmenta et migrationes inquiſierit, vetuſtatis vero ignara, fabulis pleraque involvens, incertiora reddiderit: Quanto magis nos id facere convenit, cum in inveſtigando Saxonum majorum noſtrorum originem et incrementa, repudiatis incultis et raucidis Monachorum Chronographorum chartis, doctiſſima veterum atque recentium hiſtoriarum annotata ſequi liceat.

Cicero de clar. Orator.
Herodotus in præfat. libri primi.
Strabo lib. 3. Geogr. circa finem.

Quam inſulſe vero et inepte ſcriptores Saxonici de ſuæ gentis ortu et migrationibus garriant, lector attentus facile intelliget, ubi primum Germanicorum populorum ex poſteritate Nohæ propagationem in Aſia, eorumque inde tranſitum et diſtributionem in Europa ſummatim ac breviter perſtrinxero.

CAPVT III.
De prima origine Germanicarum gentium.

Ex Geneſi igitur manifeſtum eſt, omnes omnium nationum gentes, poſt univerſale mundi diluvium a *Noha* ejusque filiis *Sem*, *Cham* et *Japhet* originem primævam trahere. Cum enim intra annos centum et unum eorum poſteri Dei benedictione admiranda adeo increviſſent, ut uno in loco cohabitare minime poſſent, atque ideo disjungi ipſos oporteret, ac priusquam hoc fieret in ſui memoriam et defenſionem ad poſteros, civitatem et turrim, ſine mandato tamen Dei, ædificarent, cujus culmen ad cœlum pertingere debebat, quapropter et linguarum confuſione Deus eos in omnes terrarum partes diſperſit.

Geneſ. 9, 10. 11.

Sem filius natu major in Orientem ad Euphratem conceſſit in majori Aſia.

Cham versus meridiem ad Jordanum profectus est, et Nilum, occupatis regionibus Chananea, Aegypto, Aethiopia et Lybia.

Japhet se dilatavit in minori Asia versus Occasum, inde ejus et *Semi* fratris posteri crescente multitudine populorum et invalescente tyrannide Monarchiarum, ex Oriente paullatim progressi in Occidentem multas Europæ regiones occuparunt. Nam *Aram* filius *Semi* genuit *Gether* et *Mas* sive *Masech*; a quibus *Massagetæ* sive *Gethæ* h. e. Gothi descendunt, qui collocantur in Asia ad Caucasum montem et paludem Mæotidem, ubi jam Tartaria magna est. His conjunguntur circa Monarchiam Persicam, multæ aliæ gentes ὁμόγλωττοι ejusdem linguæ, hoc est Gothicæ, quæ jam est Germanica.

Paral.

Anno mundi 3425. Ante natum Christum 538.

Ut sunt	Carmani	Alias dicti vel unde veniunt et a quibus nominantur hodie	Germani Herodoto.
	Dacæ		Dai, Daci et Dani.
	Sacæ		Sassones Ptolomæo.
	Syevi		Suevi, Sueci.
	Mysi		Mysi.
	Alani		Alamanni.
	Tyrigethæ		Thuringi.

Ut ex historicis et Chronographis Græcis videre licet, qui omnes uno nomine Scythas eos appellant, ut nos hodie Tartaros vocamus. Et addunt Scythæ νόμαδες sive ὑπερβόρεοι h. e. Scythæ Septentrionales, qui longe lateque profecti incertis vagabantur sedibus, ac subinde meliora ac fertiliora loca seu uberiora pascua quærebant, arcus sagittarios pro armis usurpantes. Νόμαδες enim vagabundum significat Græcis, et Scytha jaculatorem vel sagittarium, einen Schützen. Magis vero id Germanico idiomati convenit, unde et Scothorum appellatio est.

Herodotus. Dion. Strabo. Ptolomæus Dionysius σκῦθαι νόμαδες. *Strabo* Libro II. Geograph. *Joannes Magnus* lib. 1. cap. 27. Gothor. hist.

Japeti filius *Gomer*, a quo Cimbri Asiatici, habuit filios Aschanem, Riphat et Togorma. A Riphat descendunt *Sarmati* vel *Heneti*, hodie Veneti, Venedi, Vinidi, Vendi, Sclavi, die Wenden, improprie Vandali nuncupati, *Josepho* et *Homero* testibus.

Ezechiel cap. 38. *Strabo* lib. 4. Geogr.

Aschenes

Aſchanes progenuit *Thuiscones*, h. e. die Teutſchen. Thuiſco perinde ſonat, q. d. die Aſchanes. Longo poſt tempore Hiſtorici eos appellant Teutones, vocabulo paullo molliori. Ab hoc Aſchane manet regioni Aſchaniæ in Bithynia ſupra Phrygiam ex adverſo Bosphoro Cimmerio ſitæ, nomen. Inde quoque palus Aſchania et fluvius Aſchanius appellationem ſuam ibidem retinent.

Strabo lib. 12. Geogr.

Ad paludem Aſchaniam *Nicea*, urbs clariſſima, ſita eſt, quæ fertiliſſimo agro clauſa Metropolis Bithyniæ dicitur. In hac urbe celebrata eſt ſynodus Nicena per Conſtantinum a nato Chriſto 324, quæ prima fuit a Jeroſolymitano conventu Apoſtolorum.

A Thuiſconibus et Cimbris veniunt vicini eorum *Caucones*, qui et Cayci et Cauci.

Hæc vera eſt origo, ut omnium aliarum totius orbis gentium, ita et Germanorum populorum, a poſteritate videlicet Patriarchæ *Nohæ*, quem idcirco *Theodoretus* Cyri Epiſcopus, radicem naturæ, ſemen generis humani, et alterum Adamum vocat. Hoc qui ignorant primos homines in noſtri maris ſcopulis natos inepte fabulantur. Sicuti communi errore ex Scandia maris Septentrionalis peninſula, ampliſſima quidem illa (ut quæ complectitur Gothiam, Sueciam, Norvegiam, Finmarchiam, Sericfinniam, Finlandiam, Biarmiam, Bothniam, Lapiam et Grunlandiam. Unde a Plinio ob incompertam magnitudinem orbis alter, a Jordane et Diacono *Officina* gentium appellatur) tanquam ex equo *Trojano* eos deducunt. Sed quomodo, quibus occaſionibus, et quo tempore Germani ex Oriente in Europam tranſierint, in eaque ſe paſſim demiſerint, nunc dicam.

Theodoret. homil. 5. de providentia Dei. σπέρμα τῦ γένυς καὶ ῥίζα τῆς φύσεως, καὶ δεύτερος Αδάμ.

Joh. Magni hiſtoriæ Gothicæ lib. 1. cap.

CAPVT IV.

De generali appellatione veterum Germanorum et quo quisque loco conſederint.

In majori Armenia, quæ Aſiæ regio eſt, altiſſimi ſunt montes Caſpii prope Araxim fluvium, ad quem vicina terra dicitur

Scythia

Herod. lib. 4. Scythia Araxea. Ibi *Herodotus* collocat Cimbros, quos inde cum vicinis suis Thuisconibus et Cauconibus, Scythæ νόμαδες: Germani nimirum, Alani, Syevi, Dacæ, Sacæ, Mysi, Tyrigethæ gentes potentissimæ ab Oriente et Septentrione effusæ ejecerunt in Chersonesum Tauricam. Hinc Bosphorus Cimmerius et oppidum Cimmerium supra Thraciam a Cimbris nuncupantur. Ex hac Chersoneso Taurica rursus in Asiam populabundi irruerunt, qua tandem relicta in Europam demigrantes novas sedes quæsiverunt.

Strabo libr. 7. Geogr.

Strabo libr. 11.

Migrationis causa etsi certo sciri non potest, tamen ex ipsius temporis historiarum circumstantiis apparet, quod vel a Lydorum (quibus vicinos fuisse *Homerus* et *Herodotus* affirmant) rege Halyatte, ob hostiles irruptiones et devastationes sint repulsi, vel quod sua sponte cesserint Scythis Nomadibus propter assidua cum ipsis et aliis bella, jam populis et viribus attriti et attenuati. Accedit quoque, cum eodem fere momento temporis coincidat dispersio decem tribuum Israel et deductio Judæorum in Babylonem, ut alii existiment, eos abductos in Europam a Judæis religionis causa, quorum tum major erat copia, eo præsertim loco, qui postea Germaniæ nomine censebatur, quam alibi, juxta illud *Tobiæ*, qui ait: Ideo dispersit vos Dominus inter gentes quæ ignorant eum, ut vos enarretis mirabilia ejus, et doceatis eos, quod non sit alius Deus omnipotens præter eum. Hinc *Theodoretus* Cyri Episcopus scribit: Cum instaret tempus, quo magnum dissipationis mysterium perfici et incarnationem filii Dei omnibus hominibus innotescere oportebat, Deus reliquias gentis Judaicæ toto orbe dispersit, ut colentes turbam deorum his vocibus assuescerent, quæ affirmant unum esse Deum, cœli et terræ conditorem, et ad doctrinam Apostolicam paullatim præpararentur. Id ipsum forsan est quod *Noha* vaticinatur, dicens: Blande loquetur Deus cum *Japhet* et habitabit in tabernaculis *Sem*, h. e. posteri *Japhet* (gentes Germanicæ) erunt participes promissionis cum Judæis, ex quibus salus est.

Herod. libr. 1. *Plutarch.* in Solone.

Anno mundi 3370. An. ante natum Christum 593.

Phil. Melanch. lib. 1. Chron. *Tob.* cap. 13.

Gen. 9.

Chami enim natu minoris filii posteritas tenuit priores Monarchias, Babylonicam et Persicam. Japeti primogeniti vero nepotibus

bus Deus destinaverat posteriores duas Monarchias, Græcam et Romanam. Cum his fratrum regnis mundanis nihil commercii habiturus erat *Sem*, cum sua progenie, sed ea tantum delecta ex semine et posteris *Abrahæ* debebat peculiaris esse populus Dei, de cunctis populis, qui sunt supra terram, Deuter. 4. 7. In hoc tamen populo exoriturum erat regnum amplissimum atque potentissimum, ad quod *Japeti* posteri et Germani miseri exules seu Gentes vere abalienatæ a Republ. Israelis congregari debebant, Esa. 57. et 60. De quo D. *Paulus* ad Ephes. 2. admodum prolixe et graviter concionatur.

Jam quod Cimbri, Teutones et Cauci patriam in Asia sedem reliquerunt, eo Scythæ illi νόμαδες non contenti fuerunt, sed vestigiis eorum inhærentes ad Oceanum et Rhenum usque illos propulsaverunt ita ut Cimbri concesserint, ubi jam est *Frisia*, *Holsatia*, *Ditmarsia* et *Dania*, a quibus et insula *Femern* (quæ duobus milliaribus lata et longa Holsatorum imperio subjacet;) nomen traxit, quæ propterea ab historicis sæpius *Cimbria* quam *Fimbria* dicitur. Chronic. Holsator. fol. 21.

Teutones ubi jam Westphalia inter Rhenum et Visurgim, cujus indicia certa habentur, oppidum Tuitium e regione Coloniæ Agrippinæ in citeriori ripa, et *Tuitoburgum* cum saltu Teutoburgensi in Ducatu Bergensi, a qua non procul Harminius Germanorum omnium inter Albim et Rhenum princeps, vicit Quintilium Varum cum tribus legionibus militum Romanorum. Duitz. Duisburg. *Paterculus* lib. 2.

Cauci divisi fuerunt in Minores et Majores, quorum hi Albim in Marchia veteri Brandenburgensi, et Ducatu Lüneburgensi, illi Visurgim flumen in Episcopatibus Bremensi, Verdensi et Mindensi accoluerunt.

Ex Scythis vero Nomadibus hos ita in Europam subsequentibus, primum prope ipsos resederunt Germani ac Syevi. Mox secuti sunt et reliqui Gothæ, Mysi, Tyrigethæ, Alani, Dai, Sacæ et alii, qui longe lateque impleverunt omnia intra Rhenum, Danubium, Vistulam, mare Euxinum, Oceanum Germanicum, montem Carpathum, et Sarmaticos seu Riphæos montes, quibus limiti-

Cosmogr. lib. 3. bus Germania olim circumscribebatur. Hodie alii ejus sunt termini, ut in Münstero videre est.

Singuli ex his populis peculiari appellati sunt nomine, prout vel intra designatos fines alicubi habitarunt, vel suas quasdam consuetudines et instituta civilia usurparunt, seu genus vitae sectati sunt ab aliis diversum.

lib. 4. cap. 14. natur. histor. Sic a *Plinio* Cimbri, Teutones et Cauci *Ingevones* appellantur, h. e. incolae, Inwohner, quia domi manentes agricolationi operam dabant.

Burgundi, Varini, Carini et Guttones, quorum sedes in Prussia, Megaloburgo et Pomerania usque in Marchiam Brandenburgensem novam fuit, *Vandali* h. e. negotiatores, Wanderer dicuntur, a negotiationibus, quas longe profecti apud exteros exercebant.

Sicambri, Batavi, Mattiaci, Teucteri, Usipii, Bructeri, Chamavii, Angrivarii, Tubantes, Busactori, Vangiones, Nemetes et Ubii eidem *Plinio* sunt *Istevones*, West-Wohner, v. occidui habitatores, cum versus Occasum ad Rhenum et Danubium (in Geldria, Hollandia et Selandia. Item in Ducatu Clevensi, Juliacensi et Bergensi et in Westphaliae Episcopatibus Osnabrugensi, Monasteriensi. Item in Hassia, Franconia, Suevia. In Episcopatu Wormacensi, Spirensi et Coloniensi) erant inter Germanos ultimi et postremi.

His occiduis ex adverso habitabant in Oriente ad *Peucen* insulam, ubi Danubius in mare Euxinum effunditur, *Bastarnae* Germani sic dicti, quasi Ostarnen, quia in ortu colebant agriculturae dediti, vocabantur et Peucini ab insula Peuce.

Qui vero medii inter hos agebant omnes, *Suevi* videlicet, Hermunduri, Catti, Cherusci, Narisci, Marcomanni, Ligii, Arii, Elisii, Quadi, iis locis ubi jam sunt Thuringi, Misnenses, Voitlandi, Bojemi, Lusatii, Silesii, Poloni ex magna parte, Moravi, Marchicorum Brandenburgensium pars magna, vocabantur *Hermiones* v. bellatores, quod vetustissima consuetudine Germanorum mili-

tarunt

tarunt ſuis et alienis ſtipendiis domi foriſque, vel *Herdtwœhner* v. Mediterranei, quoniam Heer vel Herdt eſt terra. Ex his Hermionibus *Suevi* primi omnium gentium fuerunt coloni horum Epiſcopatuum ut mox dicetur.

Cæterum *Plinii* tempore nominibus his diſcreti quidem fuerunt, verum communiter una appellatione notabantur poſtea ſimul omnes.

CAPVT V.

De Celtis ſive Gallis, Germanis Trans-Rhenanis.

Nam abundante multitudine e terminis ſuis anguſtis egreſſi, agrorum inopia et ſtudio regionum fertiliorum quærendarum, vel belli cupiditate, ſeu quod ab aliis ſubinde in ſocia bellorum arma vocabantur, ut hiſtoria Lucumonis apud *Livium* teſtatur; plurimi ex ſingulis nationibus ſucceſſu temporis, ſæpe etiam magnis agminibus Rheno transmiſſo vicinas regiones ad montes Pyrenæos usque occuparunt, veteribus colonis pulſis, et has civitates condiderunt: Bononiam, Senas, Veronam, Mediolanum, Tridentum, Bergomum, Vincentiam, Papiam, Brixiam, Comum, et eo amplitudinis et celebritatis venerunt, ut ob excellentem fortitudinem et magnanimitatem tam Romanis quam Græcis nonſolum noti fuerint, verum etiam formidabiles, quemadmodum *Cornelius Tacitus* ſcribit de ſuis Romanis, cum ait: Non Samnis, non Pœni, non Hiſpaniæ Galliæve, ne Parthi quidem ſæpius admovere, ſc. quam Galli Germani. Et *Livius*: Galli fama belli præſtant, natio pervagata bello prope orbem terrarum.

Ut autem hi Trans-Rhenani, inter quos Cimbri, Suevi, Suevones, Teutones, Ambrones celebriores erant, a reliquis Rheno flumine ſecludebantur, ita et alio vocabulo a Græcis vocati ſunt, qui eos communi nomine *Celtas* ſive *Galathas* appellabant, quod perinde ſonat ac peregrinatos. Unde voces: Gallia Celtica ſive Belgica.

Strabo lib. 7. Geogr. *Seneca* lib. 6. natur. quæſt. *Tacitus* lib. 10. Annal. *Plutarch.* in Mario. Vide reſponſum Arioviſti ad poſtulata Cæſaris lib. 1. bell. gallic. *Trogus* lib. 20. De ſitu et morib. German. lib. 8. Dec. 4. *Polybius*: Gallico nomine Romanis nihil tetrius et horribilius. *Juſtinus* Nomen Gallorum ſemper Romanos terruit.

Strabo lib. 4. et 7. Geogr. *Herodot* lib. 3. *Strabo* lib. 1. *Dion* lib. 39. *Suidas* in voce κέλτα. *Pausanias* in Attica: ut Galli appellarentur sero usus obtinuit, Celtas enim tum ipsi et antiquitus, tum alii eos nominarunt. lib. 25. histor.

Belgica. Item Belgicum in Brabantia et Flandria. Unde Flandri et Brabantini Belgæ.

Postea Galli vocabantur a voce Galathas, quod linguæ nostræ gentilitiæ convenientius est, qui peregrinari, Wallen, dicimus vel Wandern, hinc mansit Wallfarthen gehen, v. in longinquis terris sanctorum loca invisere. Et hodie adhuc Brabantini et Flandri Wahlen, quasi Galli nobis dicuntur.

In Græcia et Asia minori hi Galli seu Celtæ difficillima aliquot bella gesserunt, de quibus prolixe *Pausanias* in Attica et Phocide. Et *Justinus* his verbis summatim ait: Gallorum juventus tantæ fœcunditatis fuit, ut Asiam omnem velut examine aliquo implerent. Denique neque reges Orientis sine mercenario exercitu Gallorum ulla bella gesserint, neque pulsi regno ad alios quam ad Gallos confugerint.

Tantus terror Gallici nominis, sive armorum invicta felicitas erat, ut aliter neque majestatem suam tutam, neque amissam recuperare se posse sine Gallica virtute arbitrarentur. Hæc *Justinus*.

Justinus ibidem et lib. 32. *Athenæus* lib. 5. dipnos. *Strabo* lib. 7. et 12.

At mirabiliter isthic perierunt ferme omnes, ad templum Delphicum propter violationem Deorum istius templi et ad locum Sorbonidem, cum negligentius omnia propter crapulam et ebrietatem agerent, exceptis paucissimis illis in Gallogræcia sive Galatia, quos rex Bythyniæ eo transtulit, et ad quos D. *Paulus* scripsit epistolam. Item iis qui ex Asia rursus in antiquam suam (ut *Justinus* ait) patriam ad Istrum reversi Scordissæ vocabantur.

Anno mundi 3577. *Olymp.* 98. prima.

Romanis valde fuerunt molesti, quibus et in multis bellis plurimum detrimenti attulerunt ab eo tempore, quo Cimbri primum Romam incenderunt, usque ad *Quintilium* Varum et Arminium nostrum, quanquam et ipsi tandem succubuere, siquidem Deus in Italia Monarchiam quartam instituere volebat, qua propter et illi suo quodam fato, magis impetu quam ratione bella gerebant.

Qui vero citra Rhenum in regione sua avita manserunt, ab iis universa Germania sua nomina sortita est, quæ partim adhuc retinet, partim vero abolita sunt, licet antiquitus cum Trans-Rhena-

nis

nis uno nomine ſimul Celtæ dicti fuerunt, ut *Diodorus* Siculus ſcribit lib. 5. rerum antiquar. cap. 9. *Diodorus* Siculus.

CAPVT VI.

De Germanorum Cis-Rhenanorum nominibus.

His autem populis unum et generale nomen, quanquam nationibus differebant, dederunt ii, qui reliquis hominum frequentia, potentia, fortitudine et belli peritia præſtabant. Inde *Teutones* vocabantur a Teutonibus, quorum reliquiæ adhuc ſupererant, intra Viſurgim et Rhenum circa Coloniam et Teutoburgum. Poſtea *Germani* a Germanis, qui ab antiquo ſedes ad Danubium prope Gethas et Tyrigethas habuerunt ſeu tenuerunt. Significat autem Germani vocabulum lingua Hebraica (ſicut D. *Philippus Melanchthon* exponit) *Gerimani* v. exules miſeros, vel noſtra lingua viros militares, Germenner, ſeu viros fortes, Garman. Non enim id novum vocabulum eſt a Romanis primum excogitatum, ad ſignificandum quaſi Germani v. fratres Gallorum, eo quod ſimiles erant Gallis in moribus, lingua, et veſtitu, ut *Strabo* opinatur et hoc vocabulum explicat, licet nulla non inter ipſos fuerit armaturæ, adminiſtrationis bellorum, linguæ et morum ſimilitudo, vel ipſo Cæſare oculato teſte.

Teutones. *Germani.* *Cæſar* lib. 6. bell. Gall.

Nam longe ante priusquam in Europam ex Aſia moverunt, et Gallorum nomen auditum fuit inter gentes terræ, Germani hanc ſuam genuinam appellationem tenuerunt, quæ haud dubie eis propter vitam, quam præ aliis populis Aſiaticis duxere ærumnoſiorem, attributa fuit. Poſteris vero ſeculis ad hanc noſtram usque ætatem ob res præclare domi foriſque geſtas aut mores magis probatos, vel virtutes præſtantiores; ſeu majorem aliquam fortunæ amplitudinem ſeu ſplendorem Germani vere et merito dicuntur, 1. a fraterna dilectione, quod ſe mutuo ament ac foveant. 2. A germinando, eo quod Germania abundet populis, 3. quod ſit quaſi Germen nobilitatis,

Tacitus recte dicit, proprio nationis et a ſe ipſis invento nomine Germanos appellatos eſſe.

 4. quod,

4. quod, si conferantur cum reliquis nationibus, magis candidi ac fidi sint. 5. Quasi gerentes immania, quæ rationes Etymi tam a veteribus quam recentioribus scriptoribus dantur.

Suevi.

C. *Julii* temporibus *Suevi* dicti fuere a Suevis, gente tum maxima tum bellicosissima. Item sub *Valerio Probo* Imperatore Anno Christi 280. Alemanni ab Alanis, vel ab *Elam*, sicuti posteris seculis Romano Imperio declinante dicebantur Franci a Francis populis, qui omnem rei bellicæ laudem ad se attraxissent.

Vopiscus: Alemanni sunt, qui antea Germani.

Franci.

Ab istis populis postmodum omnis Cis - Rhenana regio nuncupata fuit Teutonia, Germania, Francia et Alemannia. Quas appellationes adhuc retinet, excepta Suevia, quæ peculiaris est Ducatus.

Aventinus lib. 2. Annal. Bojor.

CAPUT VII.

De virtute bellica veterum Germanorum.

Cornel. Tacitus lib. 2. Annal. *Cæsar* lib. I. bell. civ. *Otho Frisingens* lib. 2. cap. 48.

Horum Germanorum fortitudo et ars bellica æque fuit celebris atque Celtarum seu Gallorum. Utplurimum enim Romani Duces et Imperatores eorum auxiliis usi sunt, ut de Vandalis, Gothis, Burgundis, Longobardis et de aliis legitur. Etsi postea Romani Duces et Imperatores *Drusus*, *Caligula*, *Domitianus*, *Vitellius*, *Gallienus* et alii potentiam illorum excitatis inter ipsos civilibus bellis et domesticis discordiis infregerint eosque vicerint, atque ideo de Germanis triumphaverint, nunquam tamen totam Germaniam in provinciam seu ditionem Romanorum redigere potuerunt. Idcirco falso etiam et nimis arroganter de iis triumphum ante victoriam sc. egerunt, seque Germanicos Cæsares appellarunt, non sine ingenti sui ipsius nominis atque existimationis detrimento, quemadmodum Persius Poeta, *Dion*, *Tacitus*, *Eutropius* et *Orosius* historici ejusmodi quosdam Pseudo - Germanicos Imperatores irrident. Unde venuste *Florus*: Magis turpiter amissa Germania, quam gloriose

Erasmus in Chili: πρὸ τῆς νίκης τὸ ἐγκώμιον ᾄδειν.

Florus lib. 4. cap. 12.

riose victa. Et *Tacitus*: Triumphati magis (Germani) quam victi. Imo quod amplius est, Germani sibi Romanum Imperium totum subdiderunt per *Carolum Magnum*. Inde usque ad hanc ætatem Germania ipsis Romanis Cæsares dedit, quod ab aliis nationibus nunquam factum legitur. Idcirco rectius augustissimum sacrum Germanicæ nationis imperium, quam Romanorum dici posset.

Cornel. Tacitus de situ & moribus Germanor.

Hæc brevibus repetere volui de origine et propagatione majorum nostrorum in Asia ex posteris *Nohæ*, ac quando, quibusque occasionibus in Europam venerint hasque terras occuparint. Qui plura desiderat, alios legat, qui ex professo de gentium Germanicarum migrationibus scripserunt.

Cæterum ut *Ptolomæus* et *Plinius* in Geographia tradenda hoc se fecisse fatentur, quod iis primam tribuerint fidem, qui in illis terris fuissent vel educati, vel plurimum versati. Et *Marsilius* historicus quidam *Lesbicus*, de alicujus gentis antiquitate et origine magis credendum putat ipsi genti atque vicinis, quam remotis et externis, id quod etiam *Josephus* atque *Strabo* monent: Ita quoque D. *Philippi Melanchthonis* expositiones Germaniæ, hujus maxime Arctoæ seu Septentrionalis omnium aliorum externorum annotatis jure præferendas judico. Etiamsi enim quidam de suis locis et popularibus satis accurate scripserunt, quemadmodum *Aventinus* Bavariam, *Rhenanus* Franconiam, *Glareanus* et *Münsterus* Helvetiam, et *Lazius* Austriam illustrarunt: tamen cum hæ regiones nostræ non æque ipsis fuerint peragratæ, nonnihil in ipsis desiderari posse videtur. Verissimum namque illud *Plinii* est, Locorum situs diligentissime describi ab iis, qui inde prodierunt.

lib. de bello *Pelasgico* contra *Siculos* cap. 3.

Joseph. lib. 1. contra *App.* *Strabo* 11. Geogr.

Lib. 3. in præfat.

Ego vero hanc commemorationem qualemcunque eo feci, ut lector videat, ex quibus historiarum annotatis hominum nostrorum ortus et incrementa petenda sint, quod quia generalissime ostendi, nunc instituti memor, qui ex Asiaticis illis populis sive Scythis Nomadibus has Diœceses primo possederint, docebo.

CAPVT VIII.
De variis generibus Suevorum.

Suevos *Plinius* numerat inter Hermiones.

Omnium vetustissimi Coloni utriusque Dioeceseos inde a nato Christo usque, quantum quidem sciri potest, fuerunt Suevi. Hi sunt linguae Germanicae et ejusdem stirpis sive originis cum Germanis, Dacis, Sacis, Mysis, Tyrigethis, qui Scythae Nomades ovcantur, et ex Asia majori a monte Caucaso et mari Hyrcano descenderunt in hunc tractum veteris Germaniae, ut supra posuimus. Fuerunt inter Germanos quoque omnium celeberrimi, ut qui praestabant opibus, potentia et laude bellica. Inter se vero in quinquaginta quatuor populos distincti erant, qui partim noti sunt, partim ignorantur. *Tacitus* collocat eos inter Germanos, ad quatuor plagas mundi.

Orosius lib. 1. cap. 2.

Suevi

- *Longobardi* ad medium Albis in Orientali ripa e regione Sennonum inter Caucos matres et Bructeros.
- *Sennones*, quorum sedes in Orientali ripa Albis usque ad Suevum fluvium in Marchia Brandenburgensi et inferiori Lusatia.
- *Rudigni*, sive *Ruticlii* ad Vistulam in regione Cassubiorum.
- *Aviones*, in aditu Prussiae ad oppidum Conitium.
- *Angli* in Pomerania, ubi Angleem oppidum eorum nomenclaturam retinet.
- *Varini* in Prussia.
- *Endoses*.
- *Svardones* Pharodeni prope Schwerin.
- *Guithones* sive *Nuithones* ii, qui jam habitant in superiori Germania juxta Basileam in Brisgovia.
- *Hermunduri* intra Salam, Albim et montes Sudetes, in Misnia, Voitlandia, circa Halam et Cothenum usque ad confluentem Albis et Salae.

Naris-

		Narifci five Varifci inter Hermunduros et Marcomannos in Franconia et Bavaria fuperiori usque ad Noricum.
	2. Auftrales	*Marcomanni* in Moravia fuperiori prope Olmutiam et Brunnam. Item in Auftria et Bohemia.
		Quadi inter Lygios et Marcomannos in Silefia inferiori et Moravia inferiori, in Polonia verfus Cracoviam ad Peterconium.
Suevi		*Lygii* circa Vratislaviam et Lignitium in inferiori Silefia. Item juxta Gnefium et Pofenium.
		Arii et *Manimi* in Livonia.
		Helvecones et *Eburones* in Pruffia juxta Elbingam.
	3. Orientales	*Elifii* et *Ilingi* ad Eliftrum in fuperiori Lufatia et Silefia.
		Naharvali in Livonia ad Revelium.
		Gutthones five *Gothi*, *Gethæ*, *Gutthones* et *Gotthini* in Pomerania Dantifcum usque.
	4. Maritimi.	*Rugii* in infula Rugiorum et apud Rigen in Livonia.
		Lemoni et *Aeftiones* in Livonia.
		Suiones hodierni Sueci.

Hi in iftos quatuor ordines fic diftincti leguntur, apud *Tacitum* et *Strabonem*. Meminit eorum aliquot et *Ptolomæus*. Omnium autem familiarum feu nationum Suevicarum nomina nota non funt. Ex his Suevis porro Hermunduri, Senones, Longobardi et Angli primi omnium poffeffores horum Epifcopatuum funt, de quibus feorfim nunc dicemus.

CAPVT IX.

De Hermunduris Suevis primis incolis hujus Epiſcopatus.

Hermunduri Suevi ſederunt in hoc loco ad Auſtrum, ubi oppida Hala, Cönre, Bythinium, Lebechün, et Alſchleve ſita ſunt, cum vicinis oppidis, caſtellis et pagis, qui intra Albim, Salam et Sudetes montes continentur, usque in aditu Bohemiæ circa Cottenbergum, Lytomeritium, Pyrnam.

De ſitu et morib. German. lib. 3. Annal. lib. 2.

Tacitus enim inquit: In Hermunduris Albis oritur, flumen inclytum et notum olim. Et alibi idem: Quod Hermunduri et Cheruſci, qui in Hercyniis habitarunt, cum Catthis belligerati ſint, de Salinis. Similiter *Paterculus* teſtatur Albim præterfluere fines Sennonum et Hermundurorum. Sennones vero in orientali ripa Albis late regnaſſe, circa Dresdam, Wittebergam, Juterboccium, Berlinium, Spandovium, Brandeburgum, ad Havelum usque et Sehuſium oppidum. Item in Jerichuntina et Flamingia regionibus Magdeburgicis in ulteriori ripa Albis, manifeſtum eſt.

Occaſio emigrationis Hermundurorum ex hoc Epiſcopatu. *Cæſar* lib. 1. bell. gall.

Ex hac ſede Hermunduri commigrarunt hac occaſione. Boji populi olim Germanici, qui in Cis-Alpina Gallia intra montes Alpinos et ad Padum fluvium omnia longe lateque pulſis Thuſcis poſſidebant, a quibus et Bononia nomen habet, cum ejicerentur in Germaniam Rheno transmiſſo venientes amœniſſimam quandam vallem occuparunt, quæ ab ipſis Bohemia dicitur, quaſi Bojorum domicilium. Quemadmodum in Romaniola regione Italiæ Epiſcopatus eſt Sarſinæ (ex quo oppido oriundus eſt *Plautus Comicus*) in quo eſt tractus quidam viginti Caſtellorum et Sarſina civitas, qui tractus adhuc a Bojis nomen habens dicitur Boibum, tanquam Bojum vel Bojorum ager.

Leander Albertus in deſcript. Italiæ.

Vellej. Paterculus in hiſtoria Marobodui.

Poſtquam autem in Bohemia aliquandiu conſediſſent, rurſus ejiciuntur a Maroboduo Suevorum rege, ſubditorum ipſius inſtinctu, qui circum Bojos a Septentrione, Meridie et Occaſu ſedebant,

ut

ut Marcomanni, Luii, Zumi, Butones, Sibini, Mugillones et Sennones, quos in Bojorum loca collocavit postea, suamque sedem regiam ibi constituit. *Strabo* lib. 7. Geogr.

Marobodus hic Romæ sub *Augusto* militares didicerat artes, reversus domum primus factus est Marcomannorum rex, multas regiones occupat, multa bella cum finitimis gerit tanta vi, industria et felicitate, ut Romanis terrori esset, quibus non parum detrimenti quoque intulit.

Post eum Bohemiam retinuerunt ad annos ducentos ferme Marcomannorum reges ad annum 13. Imperii *M. Antonini* Philosophi et L. Veri. Tunc enim hi duo Cæsares (qui primi pari potestate imperare cœperunt, Anno Christi 162.) Romani eos debellarunt, circa Christum natum 174. anno, postquam triennium Romanorum vim sustinuissent, nec facile cessissent, nisi ad preces Christianæ legionis Melitæ in eorum exercitu, divinitus prostrati fuissent. *Euseb.* libr. 5. cap. 5. Eccles. histor. *Tertullianus* in Apologetico.

Scribit quoque *Julius Capitolinus* in hoc bello auxiliatos esse Nariscos, Hermunduros, Quados, Suevos, Sarmatas, Latringes, Burios, Roxolanos, Bastarnas, Alanos et Peucinos. Et cum Marcomanni coacti sunt cedere, simul cum iis et Hermunduri et Narisci Danubium transgressi sunt, et occuparunt bonam partem Norici et Rhenæ ad Alpes et Athesin usque, cui tractui inde nomen est Bojaria, hodie Bavaria.

Horum terras vacuas occuparunt mox Mysi et Tyrigethæ, qui ad Danubium sedebant. Iis successerunt Sclavi Zechi in Bohemia. In Hermundurorum loca Sclavi Sorabi venerunt, nunc a Saxonibus exstirpati, cum quibus mixtim jam olim habitant Mysnenses a Mysis deducti populi. *Aventinus* in Annal. Bojor. lib. 1. 3. 6.

CAPVT X.

De Longobardis Suevis primis horum Epiſcopatuum incolis.

Eo tractu, qui nunc eſt Epiſcopatus Magdeburgenſis, et Halberſtatenſis, intra Salam et Albim fluvios, Hercyniæ montes, Ducatum Brunſuicenſem et Marchiam Brandenburgicam veterem *Longobardi* ſedes vetuſtiſſimas habuerunt, qui inter Suevos Septentrionales numerantur. Ita enim *Ptolomæus* inquit: Tenent Germaniæ partem, quæ eſt juxta Rhenum fluvium ab Areto incipientes Buſactori parvi ac Sicambri, ſupra quos Suevi, Longobardi. Item Suevi Angli magis Orientales ſunt quam Longobardi protenſi usque ad medium Albis fluvii. Item inter Cauchos majores et Suevos jacent Angrivarii, poſtea Longobardi. Et paullo poſt *Ptolomæus* Sennones iis opponit in Orientali ripa Albis ad Suevum fluvium usque porrectos. *Vellejus Paterculus* quoque cis Albim eos vicinos facit Chaucis. Jam Cauchorum regio fuit Lüneburgenſis et Brunſuicenſis terra.

lib. 2. cap. 11. Geogr. Tab. 4. Eur.

Angrivariorum ditio, ubi adhuc oppidum Angermundt, et caſtri Angern, ad Albim nomenclatura reliqua eſt. Sennones vero ad Havelum circa Brandenburgum, Spandoviam, Berlinum, Wittebergam, Dresdam ultra Albim ſederunt. Et Magdeburgum urbs eodem propemodum intervallo a fonte Albis diſtat, quo ab exitu ejus in Oceanum infra Hamburgum.

Nullum igitur dubium eſt, Longobardorum ſedem in his Epiſcopatibus fuiſſe, quanquam limites immotos conſtituere non poſſumus. Referente enim *Tacito;* Ut quæque gens evaluerat, ita occupavit permutavitque ſedes adhuc promiſcuas, et nulla potentia regnorum diverſas. Hinc Beatus Rhenanus eos ſub *Tiberio* Cæſare collocat, ad Bardovicum oppidum, cui nomen dediſſe ſcribit, etſi *Crantzius* diverſum ſentit et aliunde hujus oppidi nomen derivat. *Bilibaldus Pyrkeimerus* in Ducatum Montenſem et comita-

De ſitu et morib. German. lib. 1. rerum German. lib. 7. Saxo. cap. 2. In explicatione German. B. 2.

tum

tum Marchiæ ad Rhenum et Hercyniæ partem occidentalem ponit.

His Suevis unde id nomen ſit, apud Autores incertum eſt. Longobardos proceſſu temporis ſic appellatos a promiſſis barbis ferro intactis, cum Winnuli prius dicti fuerint; vel quod occipitio deraſo capillos a vertice capitis in faciem per genas diſcriminatim demiſerint: vel quod comam mulierum ſolutamento alligarint, iisque arma tradiderint, ut hac fraude numerum militum augerent, terroremque hoſtibus incuterent. Sed hæc *Paullus* Diaconus ut fabuloſa tantum commemorat, et nihil affirmat. Nec hoc veriſimile videtur, quod a prælongis cuſpidibus aut bipennibus illam habeant denominationem, quibus in bello uſi ſunt. Has enim cum omnibus reliquis Germanis communes habuerunt, ut etiam nunc in uſu ſunt per univerſam Germaniam Hellebardæ et Anconæ, h. e. **Fauſt-oder Streitkolben.**

Longobardi unde dicantur.

lib. I. Longobard. hiſt. cap. 8.

Saxo Sialandicus exiſtimat, Italos ex contemtu eos ſic appellaſſe, tanquam homines ineptos. *Bardus* enim idem eſt quod fatuus, ut *Crantzius* indicat, ſeu elumbis et ignavus, qui opponitur viro ſtrenuo et bellicoſo juxta Juriſconſultos. Alii eos nuncupant a Bardis genere Sacerdotum gentilitio, qui e Galliis in Germaniam tranſierant Rhenum. Hodie Walli populi in Brittannia Bardos patrio ſermone vocant eos, qui heroum nobilium illuſtria facta in rythmis apte et ingenioſe redigunt, ac paſſim in conviviis lyra et voce concinunt. Plurimi a Bardis Saxonibus eos denominant, de quibus *Helmoldus* in ſuo Chronico. Sed rectius *Wolfgangus Lazius* de Longobardorum nomine ſentit, ubi inquit: Idem eſſe quod **Landwarter**, v. terrarum cultores et defenſores. Non autem ideo, quod (ſicuti eos inter Iſtevones connumerat ad Rhenum) verſus Occaſum limites Germaniæ veteres a finitimis populis defenderint, ſed potius, quod in his Diœceſibus patrio ſolo, cincti plurimis ac valentiſſimis nationibus Catthis, Bructeris, Caucis, Cheruſcis, ab his tuti ſemper erant, non per obſequium, quod tribuerent multa, aut indulgentia ac beneficiis conciliaverint amicitiam vel pacem illorum.

Lib. 7. Sax. cap. 2.

Marcellinus lib. 15.

Balæus centur. 14. ſcriptor. Brittann.

Cæſar. lib. 6. bell. Gall. lib. 1. cap. 6. lib. 12. de migrat. gent.

De situ et morib. German. lib. 2.

rum: Sed quod præliis, ut *Tacitus* ait et periclitando sæpe concertaverint, vicinorumque hostium vim et insultus fortiter repulerint. Hinc ab ipso *Nobiles*, a Paterculo vero feritate Germanorum ferociores appellantur. Quapropter *Arminius* horum auxilio præcipue usus est.

libro παρέργων.

Quod porro *Lazius* addit, Landwarter, vocabulum gentilitium sibi videri, corruptum a Romanis, et paullatim ad consonantiam vocabulorum in Longobardis detortum esse, producto ab *Alciato* exemplo vocis Viterbii cujusdam in Italia oppidi sic nominati, non adeo absurdum foret, nisi Viterbii hujus Etymologia alia legeretur apud Annium Viterbiensem.

In Antiquitatib. Hetruriæ. Libro 4. Chronici *Carionis Philippici*. Longobardi populi a loci fertilitate non locus a populo nuncupatus. Liga quædam *Theodorici* Archiepiscopi Magdeburg. indicat.

Rectissima vero omnium sententia est D. *Caspari Peuceri*, qui eos iudicat appellatos quasi incolas cujusdam planitiei longæ, montibus subjectæ, quæ fertilissima est et quasi horreum vicinarum regionum, hinc suos reditus atque proventus annuos percipientium. Tales sunt et alibi, ut in Ducatu Brunsuicano, in Comitatu Lippiaco et circa Rhenum. Antiquitus autem retinet tractus ille nomen hoc: In der Hohenbörde, qui circa Magdeburgum in territoriis Wantschlevensi et Calvensi est, ad ripas citeriores Bodæ et Salæ fluviorum, ut testatur Archivum Archiepiscopale.

CAPVT XI.

Quando Longobardi ex his locis ejecti a Sclavis.

Peucerus fol. 27. lib. 4. Chron.

Ex hoc tractu Longobardi ejecti sunt a Sclavis vicinis, trans Albim et Salam omnia longe lateque tenentibus. Sunt autem Sclavi gens Heneta, quæ ex interiori Asia usque in Europam Germanorum vestigiis inhærens semper promiscuas et vicinas sedes cum iis tenuit. Horum vim hostilem cum diutius sustinere non possent Longobardi, assiduis incursationibus eorum aliorumque finitimorum attriti, tandem peropportune a *Justiniano* Imperatore Roma-

Occasio emigrationis Longobardorum ex hoc Episcopatu.

no

no ex pacto evocati, in socia belli arma adversus Herulos commigrarunt in Noricum et Pannoniam, terras has Sclavis relinquentes.

Post 42. annos cum rursus ex conditione Pannoniam Hunnis et Avaris finitimis concessissent, in Italiam proficiscuntur, ibique excitant regnum Longobardicum, quod longo post tempore *Carolus Magnus* delevit, quemadmodum de hac illorum migratione scribit *Procopius* inquiens: Heruli Germani ad Istrum fluvium in finibus Norici habitarunt. Adversus hos obsequium et solitum tributum detrectantes Longobardorum gentem ex intima Germania, et Herulis infestissimam excivit *Justinianus*, quorum auxilio cum Herulos vicisset, Herulos quidem, qui cladi superfuerant, Christianismo initiatos, partim in Valeriam Dalmatiamque, partim alio ad Istrum transtulit. Longobardis vero Pannoniam sub tributo concessit, eaque de causa nulla his de cætero *Justinianus* stipendia persolvebat, quæ antehac a Romanis accipere consueverant. Hæc *Procopius*. Longobardos interim Imperator *Norico* urbe et in Pannonia nonnullis præsidiis et aliis plerisque locis cum ingenti pecunia donat. Qua ex re Longobardi exciti omnes a propriis sedibus videlicet ex his Diœcesibus abeuntes super Istrum flumen non procul a Gepidum natione considunt. Hoc factum est Anno Christi circiter 548.

Gepidas Germanos postea *Alboinus* Longobardorum rex delevit, auxiliante *Justiniano*. In eorum loca successerunt Hunni et Avares.

Posthæc cum *Totilas* rex Gothorum in Italia annos jam decem crudeliter sæviisset, accersivit *Narses* Persaminius *Justiniani* Imperatoris in Italia gubernator Herulos et Longobardos, quorum auxilio *Totilas* cum universo exercitu occiditur. In ejus locum statim Gothi Tejam substituunt regem, sed et ille in Campania prope Nuceriam profligatur, cum nondum anno præfuisset. Eo exstincto et reliquiis Gothorum ex Italia discedere coactis, desiit regnum Gothorum ibidem, postquam steterat ad annos 58.

Longo-

Longobardi victores summis laudibus amplissimisque muneribus domum et ad propria redire dimissi sunt. Veritus enim est *Narses*, cui virtus ipsorum bellica formidabilis erat, ne ipsi alia atque alia loca appetere soliti, felicitate cœli terræque Italicæ caperentur, sive si diutius sub signis tenerentur, summam universi belli mercedem sibi vincendo quærerent, fato quidem, sed suo tempore debitam.

Narses magnis rebus per sequentes aliquot annos gestis, præclarum toto orbe terrarum nomen consecutus fuerat, ingentemque auri vim congesserat. Unde orta invidia cives Romani ipsum accusant apud *Justinum* Justiniani successorem, affirmantes si diutius in rerum Italicarum administratione teneretur, fore, ut injuria avaritiaque *Narsetis* optimates Romani coacti nationem aliquam externam evocarent, eamque in locum ac opes Gothorum surrogarent sufficerentque.

Revocatus igitur *Narses* ab Imperatore, Constantinopolim redire noluit, timens ejus indignationem, quam invidia falso accusantium illi pepererat. Meminerat enim, quod Imperator Antecessori suo *Belisario*, viro de tota Europa optime ac præclare merito, ob solam suspicionem affectati imperii fecerat, quem bonis prius ereptis omnibus excœcatum in exilium misit, ubi victum ostiatim quærere tamdiu coactus fuit, donec fame periret. Præterea Sophia Imperatrix mulier superbissima, per contumeliam eum jusserat redire ad pensa in Gynæceo dividenda, cui pari amaritudine respondit: Se velle ordiri telam, quam quicquid esset muliebrium Sophiarum totius Imperii viribus non retexat.

Cranzius lib. 1 Saxon. cap. 29.

Fœdere *Narses* junctus erat *Alboino* Longobardorum regi. Hunc ex Pannonia ad occupandam Italiam accersit, ipse Neapolim concedens, cum venisset jam successor *Longinus* novum Imperii nomen in Italia gerens *Exarchus* dictus.

Longobardi et accersiti a *Narsete*, et capti felicitate Italiæ, fines suas in Pannonia Hunnis finitimis fœderatisque tradiderunt ea conditione, ut si redire cogerentur, repetentibus sibi redderent.

Quibus

Quibus ſic conſtitutis, *Albino* rege in Italiam ductore proficiſcuntur aſſumtis viginti millibus veterum ſociorum amicorumque ſuorum, Saxonum videlicet, qui in Weſtphalia Teutonum loca poſſidebant, et Suevorum, qui in Pomerania ſedebant. Hæc demigratio accidit Anno Chriſti 568. poſtquam in Pannonia et Norico 42. annos regnaſſent. Occupant igitur ferme univerſam Galliam Cis - Alpinam ad montem Appeninum usque, quæ hodie adhuc Lombardia dicitur, ibique regnum conſtituunt, quod ſub 20. regibus duravit, ad annos Chriſti 773.

Saxones, qui cum Longobardis ſimul Italiam ingreſſi fuerunt, cum illorum imperium tolerare non poſſent, nec patria ſeu aſſueta libertate frui liceret, redierunt in Saxoniam ſuam, quam reperiunt occupatam a Suevis eo e Pomerania traductis, a rege Francorum *Sigeberto*, cuius auxilio tandem non ſine maximis laboribus et periculis reſtituuntur, Suevis partim ſubmotis, partim oppreſſis. Ejectos Suevos inſuper contumelia affecerunt. Nam legem ſanxerunt: Mulieres Saxonici generis quotquot Suevis nupſerant, alienas a paterna ſucceſſione haberi debere. Et rurſus in conſuetudinibus ſuis, quas Speculum Saxonum vocant, mulierum conditionem in multis ob eam rem fecerint deteriorem.

Tritenheimius in Francor. hiſt. fol. 127. *Aemilius* fol. 32. *Diaconus* lib. 1. cap. 6. et 7.

Speculum Saxonic. lib. 1. artic. 18.

Ab hac expeditione Italica, Saxones iſti vocabantur, Weſt-Wallen, et ſecundum *Tritenheimium*, Weſt-Gallen, corrupte propter leniorem ſonum Weſtvahlen a poſteris nuncupantur Saxonibus.

Crantzius lib. 1. cap. 30. Saxon.

Reverſi e Lombardia in meditullio ſuæ Saxoniæ condiderunt urbem Mymyngradram, alias *Ptolomæo* Mediolanum dictam, idque in memoriam hujus ſuæ peregrinationis, et urbis Metropoleos Mediolani in Inſubria vel Lombardia. Poſtea cum *Caroli Magni* temporibus Epiſcopatus ibidem conſtitueretur, ab Eccleſia Cathedrali, quæ Monaſterium vulgo appellabatur, oppidum illud *Münſter* dicitur, de qua Etymologia vid. *Crantzius* in Metropoli lib. 1. cap. 5. et *Tritenheimius* in hiſtoria Francorum.

De Weſtphalorum nomine conſulatur Sax. *Crantz.* lib. 2. cap. 1. *Altbamerus* in Tacitum fol. 117. *Tritenheimius* in hiſtor. Francor. Chronicon Weſtphaliæ.

Speculum Saxon. lib. 1. præfationis initio.

Suevicæ illæ familiæ inter Saxones, quarum fit mentio in constitutionibus Saxonicis, an sint ex his Longobardis, incertum est.

Familiæ Principum de Anhalt, Brandenburgk, Orlamünde, Marchio Misniæ, Comes Brene.

Dominorum de Wernigerode, Arnstein, Ermsleben, Sueßlitz, Besenrode, Lichtenberg, Döben.

Baronum de Hackeborn, Gneist, Mücheln, Trebull, Etkersdorff, Spandow, Schneitlingen, Jersleben, Gersdorff, Moringen, Winningen, Sehedorff.

Nobilium de Brunschwig, Lüneburgk, Roppenburgk, Osterburgk, Aldenhausen.

CAPVT XII.

De Sennonibus primis incolis harum Diœcesium.

Sennones, tertium genus populorum Suevicorum, sedes suas habuerunt in orientali ripa Albis, usque ad Suevum fluvium e regione Hermundurorum et Longobardorum, ut *Ptolomæus* testatur. Hodie sunt regiones in Marchia Brandenburgensi, circa Brandenburgum, Berolinum et Spandoviam. In terra Flamingorum circa Dresdam, Wittebergam et Jüterboccium oppida. Item inferior Lusatia, Terra Hierichuntina et ulterius ad Seehusium veteris Marchiæ civitatem usque, cui ab istis populis nomen reliquum est, et quasi domicilium seu habitatio Sennonum dicitur.

Sennones unde dicantur.

Strabo istos dici existimat tanquam σέμνωνες a σεμνὸς, quod pudicitiam et modestiam complectitur. Ob eximiam enim integritatem et modestiam justitiamque genti huic nomen hoc a reliquis est attributum. Fuerunt etiam vetustissimi et felicissimi, nobilissimi et fortissimi omnium Suevorum, quique summum imperium habuerunt, ut *Tacitus* affirmat inquiens: Vetustissimos se nobilissimosque Senno-

Sennones memorant. Et mox: Adjicit authoritatem fortuna, centum pagis habitatur, magnoque corpore efficitur, ut ſe Suevorum caput credant.

Et *Strabo* lib. 7. *Marobodus* rex Suevorum nationem ampliſſimam Sennones imperio ſuo adjecit. Hi extorres agrorum inopia ob hominum multitudinem colonias deducentes, Rhenum transgrediuntur cum Cimbris et Teutonibus atque Italiam occupant, et urbe Roma incenſa in Gallia Celtica conſederunt, ea parte Lugdunenſis Galliæ, ubi olim Sennonenſis provincia Romanis erat, ibi Octo primariæ urbes ipſorum enumerantur ab hiſtoricis.

Plutarch. in Camillo et lib. περὶ τῆς τύχης τῶν ῥωμαίων.

Ipſa metropolis eſt *Agedicum* juxta *Ptolomæum*, vel Agendicum, ut *Cæſar* vocat, Genatium Avaricum, Antiſiodorum, Tricaſſum, Auguſtobonam, Metodunum, et Lutetia Pariſiorum.

Livius lib. 5. ab urb. cond.
Ptolomæus lib. 2. Geogr. cap. 8. tab. 3. Europ.

Inter has primarias urbes Agendicum Metropolis nomen oppidi *Aken* ad Albis et Salæ confluentem referre videtur. Κατὰ συγκόπτω enim ſeu ἀπόκοπτειν *Aken* idem eſt, quod Agendicum. Unde animadverti poteſt, illud oppidum a Sennonibus Hermundurorum vicinis exſtructum, qui et in Gallia ejusdem nominis, poſtquam hinc emigrarunt, civitatem condiderunt. Similiter oppidulum *Sehuſen* tribus milliaribus a Magdeburgo verſus occaſum ſub ditione nobilis *Henrici* ab *Aſſeburgk*, in præfectura ab Amforde diſſitum, nominatur ab antiquis cultoribus Sennonibus. Sed in Italia ejus gentis reliquiæ adeo exſtinctæ ſunt, ut ne veſtigia quidem illorum uspiam in Italia reperiantur, ſeu ut *Florus* inquit, nullus exſtaret in ea gente, qui incenſam a ſe Romam gloriaretur.

Cæſar. lib. 7. bell. Gall.
Ackenſtadt.
Sehuſen Fleck In Epiſcopatu Magdeburg. eſt Sehuſen. In Hildeſienſi Seſen corrup. in Weſtphal.
Florus lib. 1. cap. 13.

CAPVT XIII.

De Angrivariis.

Sederunt inter Juttas et Saxones (eo loce videlicet, ubi jam in Ducatu Megapolenſium eſt Nordalbingia regio, quæ continet Ditmarſiam, Wagriam et Holſatiam,) *Angli* populi ex Suevis Septentrionalibus, a quibus oppidum *Angleem* in Pomerania denomina-

tur. In horum terram succedentes finitimi Saxones, eodem nomine *Angli* nuncupabantur, ex quibus cum magna pars, ducibus *Hingesto* et *Horsa* ad Annum Christi 449. Britanniam occuparet, regno novum suum nomen importarunt, abolito veteri, ut Anglia diceretur. Incolae vero Angli. Ac ad differentiam eorum, qui in Angliam transmigraverant, hi Angli, qui in veterum Anglorum manserunt patria, Angli Saxones a Scriptoribus dicuntur.

Saxonia *Crantzii* lib. I. cap. 18. 19. 20. 21.

Caeterum Angli Suevi suis sedibus inter Jutiam et Saxones relictis ad Albim prope Longobardos inter Caucos majores et Suevos consederunt, *Ptolomaeo* teste, et a loci natura, situque Angrivarii dicti sunt, quasi Angerwarter, sicuti *Lazius* existimat, vel secundum Althamerum Anfarer, aggressores vel nautae, navibus viatores transportantes ad Albis littora ulteriora. Siquidem singularum gentium Germanicarum vocabula plerumque Teutonica sunt, quae suam habent Etymologiam.

Angrivarii unde dicantur.

In veteri Marchia oppidum Angermundt. Item fluvius et saltus Anger vel Tanger, ac castrum Angern Magdeburgicae ditionis, gentis nomen retinent.

Postea in Bructerorum loca concesserunt, ad Amisiae fluminis caput et Visurgis Lippiaeque ripam, de quibus Germanicus *Caesar* triumphavit. Reliquum inde est in Westphalia castrum et oppidum *Engern.* Et regio ista Anglaria, Angria, Angrivaria et Angraria a Monachis Chronographis dicitur, ubi *Wittichindus* unus ex paribus et primariis Saxonum *Caroli Magni* tempestate Angrivariorum Princeps fuit, quem post diuturnum bellum cum Saxonica gente ad annos 33. gestum ex rege fecit Ducem Saxoniae, Westphaliae et Engern. Quo titulo utuntur jam Principes Saxonici in Leoburgo ad Albim paterna stirpe hinc descendentes. Assumsit eundem titulum Archiepiscopus Coloniensis post destitutum *Henricum Leonem* Brunsuicensem sub *Friderico Barbarossa* Imperatore. Tantum indicasse satis est, hoc loco de Suevis, Hermunduris, Longobardis, Sennonibus et Angrivariis, qui primi omnium fuerunt

incolae

incolæ harum Diœcesium, unde vi ejecti Sclavis locum cesserunt, de quibus proximo capite.

CAPVT XIV.

De Sclavis vel Henetis.

Supra dictum est a Riphat nepote Japeti descendisse Sarmatas, qui populi habitarunt ad paludem Mæotidem, versus Arcton. *Ptolomæus* autem scribit, majorem partem Sarmatarum appellatam fuisse Henetos, alias Venetos vel Vindos, unde Germanicum vocabulum, Wenden. Hi vero ad Mœotidem paludem et mare Euxinum sederunt versus Austrum juxta Phrygiam terram, quæ posteris seculis dicta est Paphlagonia, a Paphlago Phinæi filio, unde Heneti etiam Paphlagones dicuntur. Rursus Paphlagonia etiam Galatia appellatur a Galatis, quos *Antiochus* Hierax eo transtulit, quibusque D. *Paulus* epistolam suam inscripsit. Hodie magna est *Turcia*.

cap. 2. lib. 1. De Sclavis vide Poloniam *Crameri* lib. 1. cap. 8. 9. 10. Sarmatæ et Heneti una gens. Sarmatæ ad Pontum Euxinum versus Austrum.

Sarmata nomen rectius scribitur Sauromata v. dux altitudinis. Sarmata quasi genus e regione ardua assurgente versus Septentrionem.

Heneti Hebraicum est, ac idem significat, quod Græcis νόμαδες v. vagabundi, de quo supra cap. 2. Hi Sarmatæ ac Heneti ut una fuerat gens, ita eadem et communi usi sunt lingua, nimirum Heneta vel Veneta, sic vocata a majori parte hujus gentis.

Heneti unde dicantur. De Henetis vide *Strabonem* libr. 12. Geogr.

Henetos vel Venetos Antenor ex Asia a Ponto Euxino traduxit, post bellum *Trojanum* in Europam. Horum quidam in littore maris Adriatici consederunt, ubi celeberrimam civitatem Venetias Anno Christi 476. tertio anno Martiani Imperatoris condiderunt, a quibus et tota regio ad mare Adriaticum circa Venetias, Paduam et Vincentiam, *Venetia* vel regio Veneta nominata est.

Vel ut *Sabellicus* et *Bembus* volunt Anno Christi 420. 7. Cal. Apr.

Alii vero profecti sunt in Illyriam, unde effusi, adjunctis sibi Cimbris, postea sese dilatarunt, et magnum illum Europæ tractum occuparunt, quæ jam est Russia, Polonia, Lituania, Moscovia et

usque ad flumen Rha vel Wolga. Hic ſe iis conjunxerunt Sarmatæ populi ſuæ ſtirpis et linguæ, qui ex Septentrione a palude Mæotide deſcenderant, inde pulſi atque profligati ab aliis populis Scythicis. Ab his eſt Sarmatia Europea ad Arcton et Ortum.

Et hæc gens diſtincta inter ſe duobus nominibus, ut ante in Aſia, ita et in Europa ſemper vel contiguas vel mixtas habuit ſedes, ſed communi nomine appellati ſunt univerſi *Heneti*, quod idem ſonat ac Veneti vel Vindi, unde eſt Germanicum, **die Wenden**, et lingua eorum eſt Heneta, uti diximus, quanquam indiſcriminatim *Ptolomæus* vocabulo Sarmatæ utitur, tam pro Henetis, quam pro Sarmatis ipſis.

Ex Sarmatia Europea longius progreſſi Heneti longum tractum occuparunt ad Oceani Germanici littora. Hinc et *Ptolomæi* temporibus ſinus Venedicus, quaſi dicas Henetus, notus fuit atque uſitatus in Suevico mari ſuper Pruſſiam. Viſuntur in Pomeranico ſinu hodie etiam rudera ædificiorum et ruinæ turrium ac murorum partim vetuſtate collapſorum, partim mari ſubmerſorum, quæ indicant iſthic olim ingentem civitatem ſtetiſſe, cui Venetiæ ſeu Vinetæ nomen fuit.

Helmoldus lib. 1. cap. 2.
Vineta.

Circa Imperatoris Romani *Mauritii* tempora Heneti vel Sarmatæ illi communi nomine Sclavi appellati ſunt, vel propter famæ celebritatem, ut *Cromerus* aſſerit, vel potius a ferocitate gentis, ſicut *Peucerus* exiſtimat. Sed quodcunque ſit ἔτυμον vocis Sclavi, patet ex hiſtoriis, totius gentis hujus ὁμογλώττου has tres appellationes antiquiſſimas eſſe.

lib. 1. Chron. Polonic. cap. 8.
lib. 4. Chron. *Philip.*

Quod vero *Crantzius* Vandalos hos vocat, eorumque hiſtoriam Vandaliam inſcribit, id probari nobis non poteſt, cum Vandali fuerint Germani populi, ut ſupra ex *Plinio* docuimus, vel Gotthi ſecundum *Procopium*: Niſi concedamus, Henetos vicinos ſeu obedientes Germanis Orientalibus propter commercia aſſumſiſſe linguam et leges Germanorum, indeque inter Germanos a *Plinio* numerari, quemadmodum *Philippo Melanchthoni* veriſimile ſit. Et ſic *Dioni* hiſtorico Albis fontes oriuntur in Vandalicis, id eſt, Bohemicis

Cromerus lib. 1. cap. 5. Pol.
lib. 4. cap. 2. nat. hiſt.
lib. 2. Chron. Carion. ſub *Marciano* Imp. Rom.
Dion. lib. 55.

micis montibus, quos tunc occuparant Heneti Germanis Suevis immixti. Aliis ideo videtur Vandalorum appellatio Sclavis tribui, quod ſucceſſerint in priſcas Vandalorum ſedes.

CAPVT XV.

De diſtinctis nominibus et locis Sclavonicæ gentis.

Ab his Sarmaticis populis, quos vel Henetos, vel Sclavos ſive Vandalos appellare licet, ſequentes propagatæ ſunt gentes:

Sarmatæ

- *Circaſſi*, qui inde a Mæotide palude a Tartaris pulſi, tandem mirandis modis ad faſtigium regni Aegyptiaci pervenerunt.
- *Roſſi*, qui et *Roxani* et *Roxolani* vocantur, ubi jam Moſcovitæ ſedent.
- *Boruſſi*, vicini Roſſis, unde Prutenorum ſeu Pruſſorum nomen defluxit.
- *Bulgari* ad Rhedam fluvium.
- *Boſſini*, qui et *Pazinazæ* ad Boriſthenem.
- *Livonii* prope ſinum Venedicum.
- *Curetes*, *Sudini* ad mare Orientale.
- *Samogeti* ad confinia Lituanorum.
- *Maſſovii* Boruſſis vicini.
- *Lituani* ad Boriſthenem.
- *Moſchi*.
- *Ruſſi*, *Podoli* ad montes Sarmaticos.
- *Jaziges*.
- *Walachi*.
- *Poloni*.
- *Sileſii*.
- *Moravi*.
- *Zechi* in Bohemia.

Pome-

He-ne- {

Pomerani q. d. accolæ maris, am Meer.

Cassubii nomen a plicis habent, quibus cæterorum vestes caruerunt.

Hodie vulgo adhuc vestimenta simplicitatem prisci seculi præ se ferentia vocant eine alte Kassucke, vel Suba Zuba.

Libussi ab Odera secundum Suevum et Havelum amnes et Albim usque.

Hinc Lebusium oppidum.

Wilini et *Wiloini* nostra lingua. *Welatabi* vero sua lingua juxta Eginhartum.

Stoderani, ubi Brandenburgk.

Heruli sive *Helveldi* in Episcopatu Havelbergensi.

Cycini ad oppidum Gützgow.

Circipani, ubi Gripswaldia, Wolgastum, Sondium.

Tolensii ad novum Brandenburgk in Megalburgensi terra, amnis Tolensis alluit oppidum Brandenburgk novum.

Rhedarii in Ducatu Stettinensi, alias *Riaduri*. *Helmoldus* inquit: Cycini et Cvicipani disterminantur a Tolensibus et Rhedariis fluvio Pani et civitate Demyn. Et hi quatuor populi vocati fuerunt *Wilsi* sive *Lutitii* a fortitudine.

Brizani ubi Prignitium. Vocamus eosdem Welicos a lupina voracitate.

Lingones, *Lini* vel *Linones* ubi Luneburgum.

Warnavi ubi Rostochium.

Obotriti vel *Abotriti* ubi Megalburgum.

Polabi in Episcopatu Ratzenburgensi.

}

Sax. *Crantzii* lib. 3. cap. 25. *Helmoldus* lib. 1. et 2. Annal. Francor.

Wargii

ti.	*Wargii* ubi Episcopatus Aldenburgensis nunc Lubecensis. *Luticii* supra Suevum ad Albim usque Lusatiam inferiorem. *Helmoldus* vocat *Luisikos.* *Rugii*, *Runi*, *Rani*, seu *Rugiani.* *Vchri.* *Wari.* *Liticavici.* *Buocovici.*

Sorabi, qui et *Sirbii* vel *Sorbi*, sederunt juxta Salæ Albisque confluentem et Sudetes montes, ubi est Lusatia superior, Misnia et pars Saxoniæ superioris ad Hercyniam usque. Horum quoque varii fuerunt populi.

Sorabi Annal. Misnens.	*Lomacii* inter Albim et Salam. *Dalemincii* inter Albim et Chemnitium flumen. *Chovci* vel *Chovritani* inter Muldam, Wirrham et Sprotte amnes. *Camanni* circa Kemniß inter Muldam et Sudetes montes.

Soraborum nomen reliquiæ in Lusatia superiore retinent, et de veteribus colonis testantur oppida *Sorbecum* et *Servestum*.

Sic Heneti in his locis sese diviserunt, etsi contigua domicilia habuerint, servato nominum discrimine. Unde transgressi Albim et Salam, subjecerunt sibi Germanorum Suevorum terras, et longe lateque dominati sunt, medii inter Thuringiam a meridie et Saxones a septentrione, usque ad Visurgim fluvium, in cujus ripæ oppido Brema præsidium imposuerunt perpetuum, a quo et urbs illa nomen habet, ut Sclavonice dicta fuerit Brzemia, propter onus perpetui præsidii, cum *Ptolomæo* Pharibanum sit appellata. *Crantzius* lib. 2. Vandaliæ.

Magdeburgum vandalice *Mezibozum* dixerunt, ut habet *Cromerus*. Postea ultra Salam Francorum in Thuringia ditionem et ad exitum Magdeburgk Vandalice Mezibozum.

Cromerus lib. 2. Chron. Polonorum sub Lescho 3. pag. 35.

exitum Albis, et ad Visurgim Saxonum regionem, conati sunt infestis armis occupare. Unde diuturna et difficilia bella sæpenumero utrinque exorta sunt, quæ mirabiles fortunæ vices habuerunt, donec Saxones et Franci eos assiduis irruptionibus defatigatos et fractos partim deleverunt, partim sub se habitare concesserunt. Sic temporibus *Ottonis* primi Sclavonicæ gentes iis locis fuerunt, ubi Comitatus Mansfeldensis est, et ultra citraque Albim in omnibus fere pagis et civitatibus hujus Archiepiscopatus plurimæ familiæ Sclavonicæ sederunt, Saxonum legibus et imperio subjectæ, ut ex diplomatibus cœnobii Bergæ et hujus Archiepiscopatus liquido constat. Sed hæ familiæ tandem omnes sunt exstirpatæ in his regionibus post *Ottonum* Imperatorum tempora, cum propter innatam perfidiam et malitiam passim in Saxonicis civitatibus nullæ eis dignitatum portæ paterent, et ab omni societate seu unione vel congressibus hominum ipsi excluderentur, ita ut ne vilissimum negotiationis atque opificii genus ipsis tractare vel exercere liceret. Quapropter fame et infamia pressi discesserunt ex hoc inexhaustæ ubertatis agro ad loca deserta et inculta Lusatiæ inferioris et Lüneburgensis Ducatus, ubi in summa rerum penuria vitam nimis trahunt ærumnosam, finitimis perquam exosi et invisi, e re pecuaria solum victitantes.

Anno Christi 973.

Vandal. lib. 7. cap. 10.

CAPVT XVI.

De Saxonibus incolis harum Diœcesium præsentibus.

Ex libr. 12. Irenici fol. 215.

De jam memoratis populis, qui primo omnium has terras incoluerunt, nulla in nostratibus annalibus fit mentio. Sed quia fundatio horum Episcopatuum in ea tempora incidit, quibus Saxones hic longe lateque regnarunt, igitur de ejus gentis origine et bellis plurimi quidem commentati sunt, quæ tamen nullis nituntur fundamentis, et sine ullo judicio ex Monachis Chronographis coacervata sunt. Quapropter ex probatissimis historicis, quæ de hac

De Saxonia, fluminibus et

gente

gente veritati conſona neque omnino abſurda dici poſſunt, indicabimus.

Supra (cap. 2.) inter gentes Aſiaticas, quæ in Europam deſcenderunt, collocavimus et Sacas; etiamſi enim Perſæ Scythas in totum Sacas vocant, *Plinio* et *Herodoto* teſtibus; tamen *Ptolomæus* et *Strabo* Sacis peculiarem regionem tribuunt ultra mare Hircanum ſeu Caſpium, quæ tota Indiæ opponitur. Ex ea namque montem Caucaſum transgredientibus verſus Orientem India conſpicitur, et dirimuntur a Sogdianis finitimis Jaxarte fluvio celebri, qui in Hircanum mare effunditur. Ex his magna pars cum reliquis Aſiaticis populis, Dais v. c. Gotthis, Suevis, Tyrigethis, Alanis et Maſſagetis in Europam migrarunt, atque contiguas ſemper ſedes habuerunt. Qui manſerunt in Aſia Sacæ celeberrimi poſtea fuerunt et potentiſſimi, Perſicis tamen regibus ſubjecti, ut ex *Cyri* et *Darii* regum Perſicorum contra *Alexandrum Magnum* hiſtoria manifeſtum eſt. Poſtea cum occupatis Bactrianæ et Armeniæ regionibus late dominarentur ad Cappadoces Ponticos usque et finitimos armis invaderent, a Perſicis regibus funditus deleti ſunt.

oppidis ejus vide *Aeneam Silvium* c. 30. Europæ ſuæ.

Plin. lib. *6.* cap. 17. hiſt. nat. *Herod.* Poly. *Ptolom.* lib. *6.* cap. 13 Geogr. Tab. 3. Aſiæ. *Strabo* lib. 2. pag. 359.

Nomen Saca eſt a Sagan, quod interpretantur ſacerdotem ſeu vatem, item habitatorem vel pares q. d. boni, juſti et liberi, vel vaticinatores rerum futurarum. Hinc eruditiores ipſos Saxones derivant, non ab Aſchane. *Ptolomæus* primum Saxones ponit populos circa annum Chriſti 170. *Tacitus*, qui ætate paullo prior eſt, non meminit.

Cuſtodem ignis ſeu ſacerdotem ignis.

Philipp Melanchth. lib. 3. Chron. ſub Valentiniano Imperat.

Ridiculum eſt, quod *Methodius* illos appellatos aſſerit a quodam Petraculo Saxonum Principe. *Hermannus* a Saxis. Annales noſtrates a gladiis ipſorum, quos vulgo Seſſacken vocant. Propius accedit voci Saxonum Capnion ab *Axeno Ponto* nomen ei imponens. Qui denique a Macedonibus *Alexandri Magni* militibus eos denominatos ſcripſerunt, prorſus ignorant, Saxonum nomen longe ante *Alexandrum* iſtum per has terras magnum et celebre fuiſſe, ut ex Francorum et Danorum hiſtoria apparet. Inductos vero iſtos arbitror inanis gloriolæ cupiditate, ut antiquiſſimam ſuam origi-

Crantzius lib. 1. Saxon. initio.

Tritenheimius hiſt. Francon. Saxo Scalandicus.

originem fictitiis narrationibus involverent. Qui enim aliis antecellere videri volunt, hoc potissimum student, ne quid cum aliis commune habeant. Hinc etiam Saxones, qui semper inter Germanos Septentrionales præcipuum locum habuerunt, origine se Macedones gloriabantur, hac in re non minus inepti, quam Franci, eamque ob causam res strenue gestas nequaquam communi vocabulo Germaniæ tribuebant, sic suam gentem vilescere rati. Hoc enim et Gotthi et Vandali factitarunt, unde paullatim a vulgo creditum est, eos extra Germaniam fuisse.

Ptolom. lib. 2. cap. 11. Geogr. Tab. 4. Europ. Supra dorsum Cimbricæ Chersonesi Saxones. Post Saxones usque ad Suevum fluvium Pharodini vel Meckelburgenses.

Saxonum autem sedes fuit antiquitus circa Christi nati tempora in regione *Nordalbingia*, ex qua antea Teutones, Cimbri, Marsi et alii migraverant. Continet ea Ditmarsiam, Holsatiam et Stormariam. Inde progressi Danis Cimbriam Chersonesum eripuerunt, quam possederunt ad tertium suum regem Hundingum, sub quo Dani eam sibi rursus subjecerunt. Et cum propterea Saxones Danis bellum inferrent, sæpissime victi tributa ad multos annos pendebant, a quo tandem liberati sunt.

Crantz. lib. 1. Saxon. initio.

Sabellicus Paullus Diaconus.

Post hæc tempora in dies Saxonum virtus inclarescere cœpit, eorumque nomen illustre fuit per Romanum Imperium, ita ut *Sidonius Apollinaris* scribat: nullum hostem Saxone truculentiorem esse, qui non robore tantum et audacia, sed etiam consilio et arte vincat. E patrio namque solo egressi Britanniam occupant, quam de suo nomine Angliam vocant, et sæpe adversus Romanos duces ultra Rhenum cum Alemannis et aliis quibusdam Germanis hostilem exercitum duxerunt, sicuti *Valentiniani* Imperatoris Romani historia testatur.

Crantz. Saxon. lib. I. cap. I.

Propagarunt quoque limites provinciæ suæ ad Rhenum usque. Longo enim tractu universa Saxonia finiebatur a Septentrione fluvio Eidora, ultra Albim versus meridiem continens Nord-Albingiam, Ditmarsiam, Bremensem Episcopatum. Item Westphaliam ad Rheni ripam citeriorem in Hassiam usque ad Hercyniam pertingens Thuringiæ confinia. Unde sub montibus Hercyniis reflectitur ultra Albim, complectens superiorem Saxoniam. Quicquid vero intra hos

est

est limites, sc. Ducatus Brunsuicensis et Lüneburgensis, Principatus Anhaltinus, Marchia Landesbergensis, Episcopatus Magdeburgensis, Halberstatensis, Hildesheimensis, Mersburgensis, Zitzensis, Naumburgensis. Item Comitatus Mansfeldensis, Schwartzburgk, Gleichen, Regenstein, Stolberg, Wernigerode, obtinebant initio Sclavi et Thuringi Suevis populis ejectis. Postea Saxones amplificati potentia et viribus, ac societate finitimorum aucti, iis partim profligatis, partim oppressis totam hanc terram suo imperio adjecerunt, suosque in eam mores et linguam intulerunt.

Ex *Ottonis* primi enim privilegiis et aliis diplomatibus, quibus hic Episcopatus et institutus initio et dotatus est, constat Thuringiam universam in tres pagos distinctam fuisse. Omnis illa terra, quæ jacet inter Hercyniam, Salam, Albim, imo ultra quoque Brandenburgum usque et Haveli ripas et Ducatum Brunsuicensem seu Alarim amnem, dicebatur pagus Northuringorum. Australis Thuringorum pagus erat, qui Thuringiæ etiamnum celebratur nomine. Orientalis vero Thuringiæ ille tractus fuit, quem postea dixere Saxoniam Orientalem, quæ nunc regio est Misnica inter Albim, Salam et montes Sudetes.

CAPVT XVII.

De transmigratione Saxonum in hæc loca.

Cæterum quomodo et quando Saxones limites suos transgressi, ejectis Sclavis et Thuringis finitimis, in hæc loca venerint, de eo Annales nostri aliquid narrant, sed nihil plene neque dilucide. Qua propter cum et Chronica Saxonica hinc res suas auspicatur, altius ista repetemus, et indicabimus, qua occasione Saxones a Septentrione, ab Occasu et Meridie paullatim procedentes, Sclavis ultra Albim rejectis, Thuringis vero inter montana Hercyniæ conclusis, totam hanc terram intra Albim, mare Germanicum, Rhenum Vandaliæ lib. 2. cap. 21.

et Thuringiam occuparunt, constituto imperio, quod ad *Carolum Magnum* Francorum regem usque duravit, qui Ethnicismo abrogato imperioque destructo eos compulit et leges et religionem Romanam suscipere.

Superioribus veteribus Germanis annumerantur etiam Franci populi, qui progenies existimantur esse vel Caucorum, vel Sicambrorum. Hi antiquitus fixas suas sedes habent inter Alemannos, Saxones et saltum Thuringicum ad Rhenum, Mœnum et Salam amnes. Inde transmisso Rheno Gallias occupant, in iisque regnum instituunt, quod etiamnum hodie *Francia* appellatur. Postea dominatio ipsorum tam longe lateque se extendit, ut Rheno fluvio sit distincta in Franciam Occidentalem, quæ jam est Gallia, et Franciam Orientalem, quæ Franconia vicina est cis Rhenum.

Habuerunt autem Franci proprios reges, ex certa familia sibi invicem succedentes, juxta consuetudinem reliquarum gentium. Horum primus, qui regio titulo usus est, fuit *Pharamundus* Anno Christi 420. circiter. Perpetua ipsis bella fuerunt cum Thuringis vicinis, quos jam vincebant, vel a quibus vincebantur, prout fortunæ vices erant. Tandem fœderibus sese mutuo constrinxere, conjuncti invicem per matrimonia atque alia humanitatis officia. Sic *Childericus*, rex quartus in ordine, in uxorem duxit *Bissinam* filiam regis Thuringorum *Bissini*, apud quem antea annos aliquot exulaverat, pulsus e regno propter libidines. Ex hac *Bissina* reliquit *Clodoveum* filium, qui primus regum Francorum abnegatis Ethnicis sacris Christianam fidem profitebatur, baptizatus Remis ab Episcopo ibidem *Sancto Remigio*.

Aemylius. De his bellis vide *Tritenheimium* in Francorum historia.

Quo deinde mortuo Anno Christi 515, filii ejus *Theodoricus*, *Childebertus*, *Clodomirus* et *Lotharius* hæreditaria regna ultra citraque Rhenum inter se diviserunt, in qua divisione *Theodorico* natu maximo, (quem Saxonici Scriptores filium nothum vocant, sed propter excellentem virtutem, qua reliquos fratres longe antecelluit, a patre in testamento ad æqualem portionem paternæ hæreditatis admissum, cujus tamen nullus scriptorum Francicorum meminit)

minit) attributum eſt regnum Auſtraſiæ, in quo *Metis* urbs Metropolis eſt, et continet Lotharingiam cum Brabantia.

Alteri fratri ceſſit regnum Pariſienſe.

Clodomiro regnum Aurelianum.

Lotharius natu minimus Sueſſionenſe obtinuit.

Ab hoc *Lothario* deſcendit linea regum Galliæ, usque ad *Childericum* regem tertium ejus nominis et ultimum hujus ſtirpis. Fratribus enim eorumque liberis defunctis, Galliæ regno univerſo ſolus potitus eſt, quod in quatuor partes diſtractum a ſingulis fratribus aliquot annos ſeorſim adminiſtrabatur.

Horum regum Franciæ tempore regnavit apud Thuringos *Harmenfrid* vel *Ermenfrid*, qui propter aviam *Biſſinam* Thuringicam et ſanguinis vinculo et fœderis religione iis jungebatur. Franci enim Thuringis propter pacis confirmationem obſides dederant. Et præcipue cum hoc *Ermenfrido Theodoricus* Auſtraſiæ rex de novo pacis fœdera iniit, datis aliis obſidibus, non ex ſingulari benevolentia et amicitia erga ipſum, ut *Aemylius* opinatur, ſed potius quod vel verebatur, ne Thuringi, quorum potentiam et vicinitatem ſuſpectam habebat, Turonenſe teſte, aliquando regiones citra Rhenum, levi data occaſione invaderent, vel quod exiſtimabat, ipſos ſibi firmiſſimum præſidium futuros adverſus vicinorum hoſtium irruptiones. Sed hæ pacis conditiones non diuturnæ fuerunt. Ruptis namque fœderibus ingens et difficile exortum eſt bellum, in quo Saxones a partibus Francorum victores facti, Thuringiæ aliquam partem obtinuerunt, quam Franci loco ſtipendii militaris in hoc bello iis conceſſerunt. ***Ermenfrid.***

Hinc Annales Brunſuicenſes, Magdeburgenſes et Halberſtatenſes exordiuntur hoc bellum deſcribentes. Ejus vero belli occaſione et Thuringiæ parte acquiſita, poſtea arma moverunt in Sclavos, qui has terras a Suevis veteribus incolis deſertas poſſidebant. Ac longo tempore varie inter ipſos dimicatum eſt, utrinque contentione exorta de finibus et imperio, ex æmulatione, ut ſolet, potentiæ, donec Saxones ſuperiores facti Sclavis ultra Albim partim repulſis,

Unde Magdeburgici et Brunſuicani Annales ordiantur.

Thuringiæ aliqua regiuncula occupata Saxones

ex his regionibus Sclavos protrudunt ultra Albim.

repulſis, partim eorum imperium ſubeuntibus, totum hunc tractum compleverint. Quia vero hoc bellum in noſtratibus Annalibus prolixe quidem, ſed tamen confuſe et mutilate deſcribitur, operæ pretium erit, ex ipſis autoribus probatioribus de eo, quæ vero ſunt conſentanea, enarrare.

Sciendum igitur initio eſt, ob quas cauſas bellum hoc exortum, et quomodo Saxones ad id attracti Francis victoriam pepererunt. Gallici ſcriptores *Gemblacenſis*, *Turonenſis* et *Aemylius* ſcribunt quidem, quæ fuerit occaſio belli, in quo Thuringi debellati et deleti, Francis regnum ceſſerunt. Quod autem Saxonum virtute et fortitudine victoriam conſecuti ſint, eamque ob rem Thuringiæ partem iis attribuerint, prorſus diſſimulant. Solent enim Galli res ſuas non minus dubia fide ſcribere, quam gerere. Non enim vitio id ſibi fore putant. Nec in tota Europa glorioſiores habentur milites ipſis Gallis. Quapropter in ſua hiſtoria nullius gentis, præſertim Germanicæ, ne dicam Saxonicæ honeſte et cum laude meminerunt, ſine quorum tamen virtute, induſtria et ſtudio nunquam quicquam præclari præſtiterunt, ſive bello, ſive pace, domi foriſque. Idcirco Saxonicos ſcriptores in hoc ſequar, poſtquam indicavero cauſam belli, quæ hæc fuit.

CAPVT XVIII.

De cauſa belli Thuringici.

Democritus φθόνος στάσιος ἀρχή. Invidia ſeditionis initium.

Harmenfridus, Thuringorum rex, duos habebat fratres, *Bertarium* et *Badericum*, cohæredes paterni regni. Hos *Amalaberga*, Harmenfridi uxor, mulier ſupra modum invida et ſuperba, per præcipuum quendam conſiliarium nobilem virum Iringum, ſuſpectos regi fecerat, quaſi regnum affectarent et illum interficere conarentur. Quocirca *Harmenfrid* accenſus iracundia, alterum ex fratribus *Bertarium* trucidari juſſit, alter *Badericus* fuga vitæ conſulens, conductis militum copiis contra fratris injuſtam vim ſeſe tutatur.

Ille

Ille *Theodoricum* Francorum regem ad *Badericum* opprimendum jure mutui fœderis implorat, promittens ei dimidiam partem Thuringici regni, quæ *Baderico* hæreditario debebatur, si vinceret. Et Abbas *Tritenheimius* refert: Postquam *Harmenfridus* fratres suos suspectos haberet, et ipsi aliquando ad consanguineum suum *Theodoricum* visendi gratia profecti redirent, tum a *Theodorico* sicarios quosdam summissos, qui ipsos, petente id *Harmenfrido*, in itinere nefarie occiderint.

Cæde hac patrata, vel ut supra docuimus, victoria obtenta, cum *Theodoricus* rex dimidiam partem Thuringiaci regni ex pacto sibi tradi postularet, nec promissam regionem, nec ullum commodum responsum accepit, quod fiebat ex instinctu atque monitu conjugis *Amalabergæ.* Nam hæc mulier improba quodam tempore suo marito convivium celebraturo mensam tantum dimidiam instravit mantili, quærenti causam respondit: Indignum ipsum esse integra mensa, qui parte regni exueretur. His verbis commotus *Harmenfridus*, *Theodorico* non solum promissam regni partem non tradit, verum etiam obsides Francorum crudeliter trucidavit. Deinde transmisso Rheno *Theodorici* regnum populabundus invadit, omnia passim igne ferroque devastans. Cæterum hujus impiæ mulieris consilium pravum et *Harmenfridi* improba facta cesserunt in exitium regii nominis in Thuringia. Nam *Theodorico* ejusque fratribus vehementer dolebat nefandum fratricidium illud, in suos cognatos commissum, et movebant eos impii conatus superbæ et invidæ mulieris, (quæ eorum non erat soror, sed filia *Honorici* Vandalorum regis, et *Theodorici* regis Ostrogotthorum ex sorore neptis,) cum opprobria iracundiam excitent. Insuper ægerrime ferebant hostiles irruptiones et devastationem regnorum suorum a confœderato fieri. Huc accedebat denegatio promissi, et quod alias a Thuringis victi in bellis sæpenumero fœde tractati fuissent, teste Turonense Episcopo. *Albertus Crantzius* addit, *Amalabergam* præ nimio fastu *Theodorico* per legatum exprobrasse illegitimam nativitatem, sicut *Sophia* uxor *Justini* Imperatoris Constantinopolitani Narseti belli causam dedit ignominiosa exprobratione naturæ Eunuchi. Quibus ***Herodotus.***

 omni-

omnibus adduᶜtus *Theodoricus*, accerſito in auxilium fratre, *Lothario*, arma ſumſit in *Harmenfridum*. Ea re nunciata *Harmenfridus* eo loco, quo a Gallis in Thuringiam eundum Gallico exercitui erat, foſſas altas et amplas fecit, inteᶜtas ceſpitibus. In iis plurimi ex equitatu *Theodorici* periere. Fraudes et inſidias cognoſcentes, cavebant ſibi quidem ab illis, utplurimum tamen offendebantur. Proinde incitato curſu Thuringos adorti, ad Ronebergk oppidulum in fugam verterunt, et fugientes ad Unſtrod fluvium usque conſequuntur, ubi Thuringi reſiſtentes bellum redintegrabant, et ſuſtinuerunt ad tres ferme dies, ſed tandem in prælio victos adeo ſævierunt Galli, ut ex cadaveribus interfectorum pontem fecerint. *Harmenfridus* elapſus fuga in oppidum Scheidingen pervenit cum paucis ſuis familiaribus. Inde fide accepta ad *Theodoricum* in Tulbach caſtra veniens ex editiſſima turri præcipitatur. Deinde uxore cum liberis ejus ac univerſa familia regum Thuringicorum funditus deleta, Franci Thuringiam ſuo imperio adjecerunt. Tantum Gallici ſcriptores de cauſa et occaſione hujus belli commemorant. Cæterum cum noſtrates finem belli et mortem *Harmenfridi* paullo aliter recenſeant, et ſimul ſcribant, Saxones ad hoc bellum accerſitos a Gallis, qui et ſua virtute et induſtria victoriam ſoli conſecuti fuerint, quapropter ipſis aliquam Thuringiæ partem inhabitandam pro belli ſumtu et ſtipendiis tradiderunt, paucis et illa hic perſtringam, ut videamus, quo tempore, ex quo loco, et quibus occaſionibus in has regiones venerint.

CAPVT XIX.

Quo tempore, unde et quibus occaſionibus Saxones hanc terram acceperint.

Poſteaquam exercitus Thuringorum majori ex parte profligatus eſſet, et rex *Harmenfridus* a fuga ſeſe in oppidum Scheidingen recepiſſet, ſubito inſecutus eſt *Theodoricus* hoſtes perterritos et fugientes,

fugientes, quanquam e ſuis plurimos etiam deſideravit, priusquam ſeſe recolligerent, obſidione eos cinxit. Sed quia verebatur, ne hoſtibus impar, obſidionem continuare non poſſet, celeriter in auxilium et ſocietatem belli ad ſe vocat Saxones finitimos, qui bellica virtute multum erant celebres, et Thuringis ex æmulatione potentiæ infeſtiſſimi, promiſſione facta de locis quibusdam in Thuringia tradendis, ſi victoria potiretur. Saxones ea re cognita, convocatis copiis ad novem millia militum ad Gallos, Duce *Barthobaldo*, Aſcaniæ principe, veniunt, a quibus ad oppugnationem oppidi loco opportuno collocantur. Poſtridie quam venerant, oppugnationem ſuſcipiunt, ſed fruſtra. Et quanquam Thuringi quadam porta erumpentes, Saxones ſine ordine pugnantes rejiciunt maximumque eis damnum inferunt, plurimis conciſis, coacti tamen ſunt et retrocedere in urbem, et a Gallis pacem petere, quam impetrabant per *Iringum*, primarium *Harmenfridi* conſiliarium, ea conditione ſc. quod victor aliquam transactionis formulam eſſet ſcripturus, interim ab utraque parte nihil hoſtiliter tentari debere. Interea vero cum deliberatur de pacis formula conſtituenda, Thuringiacus quidam ad fluvii Oniſtri ripam obequitat, altera manu accipitrem geſtans, qui emiſſus columbas venebatur, easque trans flumen perſequens a Saxone intercipitur. Thuringus petit ſibi reddi accipitrem, facta ſimul promiſſione, ſe revelaturum ei, quod Saxonibus maxime utile futurum eſſet. Accepto igitur accipitre inquit: Reges jam transegerunt invicem, cavete autem vobis, ne ab utroque opprimamini, et cogitate, quid e re veſtra futurum ſit.

Fortaſſis non omnino nihil erat, quod a Thuringo præmonebatur. Initio enim belli cum Saxones Francis auxilio venirent, plurimi ex principibus Gallorum disſuaſerant, ne id genus hominum in belli ſocietatem reciperetur, quod non minus belli uſu quam animi fortitudine multum valebat, ne videlicet victoria potiti in ſe arma verterent, ſicuti fieri ſolet.

Saxo ad ſuos audita refert in conſilio, et ut conſilium ex tempore caperent, monet. Quibus cognitis ſtatuunt fere omnes

proximæ noctis interventu aufugere, considerantes quam parum esset fidendum tam Thuringis veteribus hostibus, quam Francis sociis, quorum fidem nondum perspectam haberent. Præterea quod non possent sustinere vim hostium, postquam in proxima oppugnatione plus, quam dimidiam partem suorum, amisissent. Sed contrarium suadet Saxonicus quidam Princeps ætate et consilio venerandus, eoque illos perduxit, ut sequente nocte ex improviso oppidum expugnarint, trucidatis omnibus resistere conantibus, solo *Harmenfrido* excepto, qui cum paucis se subduxit, sed a *Theodorico* revocatur repetita transactionis formula. De tumultu namque Saxonum nihil se præscivisse eumque jam sedatum esse. *Harmenfridus* confisus pacificatione inter eos facta, ad *Theodoricum* ipsum ducitur, ad cujus tanquam victoris pedes procumbentem et genua pro more attrectare volentem transfodit *Iringus*, ipsius intimus consiliarius, qui id *Theodorico* antea rogatus promiserat. *Theodoricus* autem exhorrescens tam atrox facinus servi in dominum suum commissum, *Iringum* e conspectu suo abire jussit, quapropter ille furore correptus, *Theodoricum* stricto gladio invadere conatur, sed prohibitus sibi ipsi violentas manus infert, et pronus decidens in terram, domini sui collum amplectitur moribundus.

Hæ dignæ sunt pœnæ rege impetuoso, regina superba, et servo proditore. Recte namque dicitur a Poeta: Εἴκε πάθοι, τακ' ἔρεξε, δίκη ἰθεῖα γένοιτο. vel, quando quis patitur, quæ machinatus est aliis, justa is pœna afficitur. Videmus quoque insolentia non solum res minutas, sed ingentia sæpe regna etiam everti, ut ille inquit: Cætera regna luxuries vitiis odiisque superbia vertit.

Saxo lib. I. cap. 28.

Saxonibus autem *Theodoricus* attribuit loca promissa in Thuringia, et urbem expugnatam perpetuo possidendam. Hic est ager ille in Thuringia, quem Saxones non auro mercati sunt a quoquam, sed a Francis stipendii loco meruerunt et adepti sunt.

Ineptæ ac otiosæ fabulæ sunt, quæ narrant Saxones prope *Hadeleriam* induciarum tempore a Thuringo fraudulenter circumvento tantum terræ emisse, quantum duabus manibus comprehendi possit,

possit, eamque per vicinum agrum late dispersisse, eoque jure sibi vendicasse et violentia quadam obtinuisse. Non enim doceri potest, Thuringorum ditionem eousque se extendisse, præsertim tum temporis, quo a Francis debellati sunt, Anno Christi circiter 530. Sed Sclavis isthic omnia parebant, Suevis inde vel sponte vel coacte discedentibus, ut supra docuimus.

Similiter et hoc in Saxonica Chronica confictum est, quod hoc tempore primum Saxones adverso Albi fluvio navibus viginti quatuor e Macedonia post mortem *Alexandri Magni* venientes ad *Stadium* oppidum appulerint, cui inde nomen esse putant, quod Thuringorum permissu ibi consederint. Gestaden enim Saxonica lingua sonat idem quod permittere, zulassen, oder erlauben. Nam non conveniunt tempora obitus *Alexandri Magni* et adventus Saxonum. Siquidem *Alexander* obiit Anno 323. ante Christum natum. Saxones vero huc appulerunt post natum Christum 530. circiter anno. *Stadium* quoque nomen suum retinet a pervetusto oppido *Dorstadio*, *Crantzio*, vel ab opportuna statione navium per Albim descendentium, *Helmoldo* testantibus. Forte autorem Annalium fefellit historia similis, quæ exstat apud *Crantzium*, eamque accommodavit ad Saxonum adventum. Scribit enim ex Danorum monumentis: Insignem piratam *Helgonem*, qui erat frater Roi regis Daniæ toto mari victricem circumtulisse exercitum, et tandem per Albim in Saxoniam progressum, omnia ferro flammisque pervastasse. Adversus quem *Hundingus* rex Saxoniæ tumultuarias colligit copias, easque hosti ad Stadium urbem opponit, ubi per duellum Saxones victi, amittunt *Jutiam*, quam multos annos possederant ante, sed post hæc tempora nunquam recuperarunt. Hæc gesta sunt ante natum Christum, ut *Crantzius* testatur. lib. 1. cap. 11.

Similem historiam recitat *Helmoldus* de *Svein* Danorum rege. lib. 1. cap. 15. Unde manifestum est, tum quoque Saxones in Germania ad Albim, ubi is Oceano infertur, potentia amplificatos consedisse. Ab hoc usque tempore Saxones quieverunt, haud dubio Francis fœdere conjuncti. Verum post annos 32. Francis rebellarunt, ob

 quam

quam autem causam nusquam legi. Fortassis de finibus contenderunt, ut solet inter vicinos, quemadmodum ex *Eginberto* monacho colligitur, vel Francorum potentiam, quae in dies crescebat, suspectam habebant. Nec fit verisimile ipsos tributum denegasse Francis, quod ante haec nihil unquam hostile conati fuerant. Sed *Lotharius* primus Franciae rex, et frater *Theodorici* regis Mediomatricum, qui, *Harmenfrido* cum tota stirpe regum Thuringorum exstincto, Thuringiam subjugaverat, magnas militum copias educit, et victoria potitus crudelissime in eos saevit, Anno sui regni 42. Quo in bello et Thuringos, quibus imperium et tributum Francorum grave erat, atque ideo Saxonibus subsidia subministrasserit, ingenti praelio gravissimisque poenis, non tamen sine vitae periculo ad obedientiam revocavit. Sic coegit Saxones, post hanc pugnam tributa annua quingentorum boum Francis dare. His de causis posthac subinde intra 248. annos Saxones rebellarunt Francis, excutere conantes impositum tributum et Francicum jugum, cui accessit et religionis odium, usque ad *Carolum Magnum*, qui eos per bellum diuturnum totius imperii viribus, non sibi, sed Imperio Romano subjecit Anno Christi 805. circiter.

CAPVT XX.

Bellorum aliquot inter Saxones et Francos gestorum catalogus.

Paucissimis hic texam mutua aliquot Saxonum et Francorum bella, ut quanta, quo tempore Saxonum fuerit potentia et regio magis perspicuum fiat.

Anno Domini 630. *Aemili s. Tritenheimius. Crantzius* lib. 1. cap. 31.

Anno Domini 630. *Dagobertus*, rex Metensium, *Lotharii* filius, *Bertholdo* vel *Berthario* Saxonum regi moventi in Francos, coactis aliquot copiis resistit, cui pater *Lotharius* subsidio veniens *Bertholdum* occidit, ac victoriis pervagans Saxoniam, nullum omnino Saxonum, gladii sui mensuram excedentem, dimisit vivum.

Anno

Anno Domini 640. Sclavi Thuringis et Saxonibus finitimi et confœderati Franciam populabundi ingressi sunt hac occasione. Mercatores Franci tuto per Sclavorum provincias ire non poterant. Mittitur igitur Fæcialis a Francis, ad regem ipsorum repetitum ademta bona. At rex respondit: Francos in causa fuisse, qui primi læsissent, polliceri se posthac fore amicum *Dagoberti*, et constitutas fœderis rationes servaturum. Ad quæ Fæcialis nimis atrociter: Non æquum est, inquit, canibus pacta servare. Hac calumnia, qua homini nihil gravius accidere potest, commoti Sclavi, accedente etiam Saxonum instigatione, Thuringiam finitimam hostiliter invadunt. Cum *Dagobertus* eis occurreret, promittunt Saxones, si tributum annuum quingentorum boum remittere velit, se Sclavos suis copiis suoque sumtu repressuros. Id factum est, transigebant enim cum eis, nescio an hostiliter vel amice, ut et Thuringia excederent, et vectigal Francis quotannis penderent. *Aemilius* dicit: Saxones id quidem promisisse; verum præstare nequivisse. Alii, ut *Gemblacensis*, *Tritenheimius* et Annales Saxonici, unanimiter testantur, Thuringiam Francis per Saxones redditam fuisse, hoc tempore, quam ob rem postea nunquam tributum pendebant, sed invicem fœdus habuerunt. Anno Christi 640.

Anno Christi 663. cœpit administrare Franciam *Lotharius* ejus nominis III. et rex in ordine XIII. Is fuit vir inhumanus, vastator Ecclesiarum, persecutor Ecclesiasticorum, percussor aliquot Episcoporum, et ingenti fastu tumens, multisque sceleribus pollutus præfuit 4. annos. Post illius obitum usque ad *Pipinum*, *Caroli Magni* parentem ad annos 90. reges Franciæ prorsus obliti originis, virtutis et industriæ avitæ; nihil laude dignum præstiterunt, sed omnis administratio regni erat penes primarios consiliarios vel præfectos prætorii, quos tum Majores domus vocabant. E contra reges otio et voluptatibus dediti, singulis annis semel tantum in publicum prodibant, ad Calendas Maji, tunc ab omnibus conspiciebantur, et salutabantur, quo facto se rursus abdebant. Ab annis 667. usque ad annum Christi 757.

Sic

Anno Christi 722. Sic ad annum Christi 722. *Chilperico* rege existente, Major domus fuit quidam Comes Namurci et dux Brabantiæ, ex præcipua nobilitate regii sanguinis, vocatus *Carolus Martellus*, filius *Pipini Crassi*. Hic vir fuit magnæ virtutis et ingenii, ac regno Francico pristinum splendorem et otium restituit. Et postquam Saracenos e suis et Romanorum provinciis profligasset, suasque ditiones versus occasum ab iis liberasset, convertit se quoque ad Orientem Solis. Ibi Saxonica natio dedita Idololatriæ et Dæmonum cultui, immani odio prosequebatur Christianam religionem, quam Franci magno zelo jam aliquot annos a *Clodoveo* usque promoverant. Cui cum et illi rebellionem facerent, et adjunctis finitimis majori vi Francos oppugnare constituissent, *Martellus* iis antevertit, eosque priusquam conjungerentur, vicit, qui quascunque pacis conditiones accepere, salvis tamen patriis ritibus.

Hos aliquando post cogere summis viribus conati etiam fuerunt ejus filii, *Carolomannus* et *Pipinus*, sed frustra. *Carolomanno* deinde monasticam vitam suscipiente, traditoque *Pipino* fratri regno, *Gripho* alter ex pellice frater, qui subinde spe hæreditatis seditionem excitabat adversus fratres, Saxones sibi adjungit confœderatos Francorum, et castra ad flumen Obacrum ponens, fratrem *Pipinum* exspectat, ad oppidum ditionis Brunsuicanæ, Scheiningen, qui per Thuringiam progreditur in Saxoniam, sed re infecta uterque discesserunt.

Anno 753. Anno Christi 753. *Pipinus* rex rursus cum ingenti exercitu in Saxoniam contendit, qua quidem subacta, nihil tamen amplius in abolendis Idolis Saxonum præstare potuit. Hoc in bello *S. Hildegrinus* in monte Viburgk occisus est a Saxonibus.

Anno 758. Anno 758. *Pipinus* rex denuo cum exercitu Saxoniam aggressus est, et quantumvis fortiter resistentibus ac munitiones suas tuentibus, ipsum vallum, quo patriam conabantur defendere, pulsis pro-

propugnatoribus, intravit, commiſſisque paſſim præliis plurimam ex ipſis multitudinem cæcidit, coëgitque imperata facere, et ſingulis annis honoris cauſa ad generalem conventum, equos trecentos loco muneris dare. His ita compoſitis et more Saxonico, ut rata eſſe deberent, confirmatis, in Galliam cum exercitu ſe recepit.

Ex his bellis utcunque apparet, Saxoniam (quæ circa annum Chriſti ſexcenteſimum ultra Viſurgim ab Haſſiæ et Hercyniæ confiniis extendebatur per Diœceſin Bremenſem ad littora maris, et per regiones Holſatorum, Dietmarſiorum, et Stormarſiorum ad flumen Eydoram limitalem fluvium Germaniæ et Daniæ usque) limites ſuos ulterius propagaſſe ad Albim usque. Primum enim, ut ſupra oſtendimus, aliquam Thuringiæ portiunculam in Francorum bello adverſus Thuringos meruerunt. Inde a meridie progreſſi ultra Hercyniæ montana cum et reliqui a Septentrione et ab Occaſu ſenſim ſuccederent, tandem Sclavos ultra Albim rejecerunt. Hos deinde Viſurgis fluvius in Occidentales et Orientales diviſit. Occidui in Weſtphalia dicti ſunt, Weſt-Sachſen, ſive Angrarii, ut in legibus Saxonum, vel Angri, ut Annales Francorum. Orientales vero, qui ad Albim conſident, Oſt-Sachſen, eos etiamnum hodie Rhenani populi et Weſtphali Oſtlender appellant.

Crantzius Vandal. lib. 2. cap. 21.

Sax. lib. 2. cap. 2. et 9.

Leges Saxonum lib. 7. 8. Annales Francorum ſub *Carolo* Anno 779.

Pipino Marcelli filio præfecto Prætorio vel Majore domus exiſtente, rex Franciæ erat *Childericus*. Is removetur ad annum Chriſti 743. a regia dignitate. Fuit vero ultimus a ſtirpe Waramundi, cujus poſteri hæreditaria et continua ſucceſſione Franciæ regnum adminiſtrarunt annos ferme 331. et communi omnium Francorum ſuffragio, de conſenſu Pontificis Romani *Stephani* per *Vivofridum* alias *S. Bonifacium*, Archiepiſcopum Moguntinum, *Pipinus* Francorum rex conſtituitur, *Childerico* in Monaſterium detruſo. *Pipino* ſucceſſit in regno *Carolus* filius, ad quem etiam Romani Imperii ſumma pervenit, cuique ob res bello paceque præclare geſtas *magni* cognomentum attribuunt ſcriptores.

Is *Carolus Magnus* Saxonicum bellum ab avo *Martello* et patre *Pipino* quasi intermissum repetiit, et redintegravit Anno Christi 772, quo nullum neque prolixius neque atrocius Francorumque populo laboriosius antehac susceptum est. Quia Saxones, scribit *Eginhartus*, sicut omnes fere Germaniam incolentes nationes et natura feroces, et cultui Dæmonum dediti, veræque religioni contrarii neque divina neque humana jura vel polluere vel transgredi inhonestum arbitrabantur. Suberant et causæ, quæ quotidie pacem conturbare poterant, termini videlicet nostri et illorum pene ubique in plano contigui, præter pauca loca, in quibus vel sylvæ majores vel montium juga interjecta utrorumque agros certo limite disterminant, in quibus cædes et rapinæ ac incendia vicissim fieri non cessabant. Quibus adeo Franci sunt irritati, ut non vices reddere sed apertum contra illos bellum suscipere judicarent. Susceptum est igitur contra eos bellum, quod magna utrinque animositate, tamen majore Saxonum quam Francorum damno per continuos triginta tres annos gerebatur: Et mox ibidem: Hoc bellum licet per multum temporis spatium traheretur, ipse non amplius cum hoste, quam bis acie conflixit, et hoc uno mense paucis quoque interpositis diebus. Hæc *Eginhartus*. Sed de hoc bello Saxonico plura initio fundationis Episcopatus Halberstatensis, ubi lucidius et clarius discernentur propagati fines ad Albim et Salam usque.

Annales Francorum.

Ita hactenus docuimus harum Diœcesium possessores primos non fuisse Saxones indigenas, sed ex Asia progressos esse posteros *Nohæ* in Germaniam, ex iisque Suevos primo hic habitasse, quibus deinde Sclavi successerunt, eos rursus gens Saxonica oppressit, et his terris nomen et linguam intulerunt circa annum Christi sexcentesimum.

Utile est autem errationes et successiones primorum colonorum diligenter considerare, quod in his vel maxime conspicitur.

Saxoniæ *Crantzii* lib. 1. cap. 29. de causis crebræ migrationis.

Primum

Primum quod in rebus mortalium nihil ſit perpetuum, nihil ſtabile atque firmatum, ſed omnia velut æſtuario quodam fluxu atque refluxu decedere atque accedere. Et quod his vicibus fortunæ imperia ab aliis ad alios transferantur. Præparemus igitur animos noſtros atque muniamus eos doctrina et pietate adverſus omnes fortunæ caſus, ut Græco verſu dicitur: I.

Τὰ προσπέσοντα προσδοκᾶν ἅπαντα δεῖ
Ἄνθρωπον ὄντα, παραμένει γὰρ ὐδ' ἕν.

Deinde admoneamur pleraſque gentes ſuis ſedibus excuti propter Idololatriam, injuſtitiam atque impœnitentiam, ut Syracides cap. 10: Regnum a gente in gentem transfertur propter *Injuſtitiam.* Item Proverb. 28. Levitici 18. Ac Eſaiæ 64: Iniquitates noſtræ ſicuti venti diſſipaverunt nos. II.

Tertio cogitemus hanc vitam aliud eſſe nihil, niſi triſtiſſimum exilium, erroribus obnoxium perpetuis, nec tranquillam ſedem ullis uspiam fore, niſi in illa æterna et immortali vita patriæ cœleſtis, ad quam nos vocat et ducit filius Dei, et tamen interea ſuam cuique ſpartam ornandam eſſe, donec nos Deus ex hac vita evocet, juxta illud Paulli ad Philippenſes 3: Noſtrum πολίτευμα eſt in cœlis, unde et exſpectamus ſalvatorem dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. III.

Quarto: Gratias agamus toto pectore Deo omnipotenti, qui hanc poſteriorem gentem Saxonicam tam diu benigne conſervavit inter tot regnorum ruinas et mutationes, in eaque his poſtremis temporibus veram doctrinam repurgare voluerit ab inquinamentis errorum Papiſticorum, ut per verbum ſibi rectius colligere poſſet Eccleſiam, a qua agnoſceretur et in omni æternitate celebraretur. IV.

 Quinto:

V. Quinto: præter dictas cauſas migrationum fatales, adeoque illas etiam, quibus ſcriptores tradunt incenſos fuiſſe Germanos, ut ſuas ſedes ſubinde mutarent (nempe cupiditatem bellandi, libidinem late regnandi, et ut liberaretur patria a prægravante multitudine) etiam hæc recenſetur a *Tacito* et *Thucydide* præſertim, ut melius et uberius ſolum haberent occuparentque. Sic niſi hæ regiones in tam felici agro poſitæ eſſent, neutiquam tantæ de iis populorum Germanorum et Henetorum fuiſſent dimicationes. Sed quanto ubertas atque agrorum fœcunditas quarumcunque optimarum rerum ad vitæ humanæ ſuſtentationem neceſſariarum hic major ſit copia, quam in finitimis locis, in ſequentibus libris accuratiore diligentia explicabimus. Nunc vero ut ad id, quod prius dicere cœperam, noſtra redeat ſcriptio, lectori proximo libro locorum ſitus et agrorum naturam ſeu qualitatem in his regionibus tanquam ex editiori aliqua ſpecula per tranſennam, ut dicitur, aſpiciendam ſubjicere volo.

Lib. 10. Annalium in præfat. lib. 1. bell. Peloponeſ.

ſupra cap. 1.

PRI-

PRIMÆ PARTIS

LIBER II.

CAPUT I.

De fertilitate et natura ſoli horum Epiſcopatuum, imprimis vero Archiepiſcopatus Magdeburgenſis, et ejusd. prima regione dicta Salingorum, vulgo Saal=Kreiß.

Poſtquam indicavimus, qui fuerint incolæ horum locorum, neceſſe erit juxtra præſcriptum ordinem commemorare, qualis ſit ſitus pariter et fertilitas ſive ubertas patrii ſoli. Et primum cum Archiepiſcopatus Magdeburgenſis quadruplici diſtinctione terræ porrigatur ex meridie, a confluxu Eliſtri et Salæ fluviorum ſupra Halam, in Septentrionem usque ad Havelum amnem et Marchiam Brandenburgicam veterem; igitur de ſingulis ejus partibus ſeorſim dicam, reſervata tamen oppidorum, arcium, Monaſteriorum, fluviorum, ſtagnorum et montium integra deſcriptione ſuo loco. Eine kleine Meile überhalb Halle.

Pars prima, quæ eſt regio Salingorum, vulgo der Saal=Kreiß.

Ea ſic cognominatur a Sala fluvio, cui adjacet, quemque mediа interluentem habet. Uſitatum enim eſt veteribus ſcriptoribus, omnes Salæ accolas, ſive hujus Germanici ſive Aſiatici et Africani Salingos, Salios et Salicos appellare, ut ex *Ptolomæo*, *Strabone*, et Francorum hiſtoriis, ſive *Münſtero* manifeſtum eſt. Der Saal-Kreiß. Lib. 5. cap. 13. Geogr. lib. 12. Geogr. *Münſterus* lib. 3. Cosmogr. in Franconia.

In hac regione ſunt *Oppida*: Städte.

Hala, Quernfurdt, Löbechün, Könnern, Wettin, Alsleve.

Castra.

Schlösser.

Aula Principis in Hala urbe, Arx Mauritiana appellata. Gibichensteinium vetustum atque celebre in ripa orientali Salæ. In hoc olim veteres Archiepiscopi residere soliti fuerunt ferme omnes ab initio fundati Archiepiscopatus ad *Ernestum* Ducem Saxoniæ et Archiepiscopum; qui circiter annum Christi millesimum quingentesimum inde aulam transtulit in arcem Mauritianam.

Quernfurdt, Bithynium, Rotenburgk, Trebnitium, Alsleve, Krösigk.

Wüste Schlösser.

Castra vero diruta et ruinosa Hoherthurm, Rideburgk, Luidersburgk, Sandberge et Langebue.

Monasteria extra oppida.

Klöster.

Novum opus prope Halam, quod ab *Alberto* Brandenburgico Cardinale, Electore et Archiepiscopo destructum ad ædificationem sedis Cathedralis in urbe Hala transfertur, mutatis Monachis Præmonstratensibus in Canonicos seculares ad annum Christi 1531.

Mariæcella, monasterium sanctimonialium ordinis Benedictini prope Quernfurdt.

Mücheln prope Wettin templariorum curia.

Kuckenberg, Templariorum sedes inter Quernfurdt et Scrapelow, unde emigrarunt in urbem Halam ac sederunt in illo loco, quem postea occuparunt Franciscani monachi. Iis vero dilapsis nunc ex Illustrissimi Principis permissu ac benevolentia, impendio tamen Senatus ibidem Gymnasium litterarium constituitur.

Pulver-Hof bey der Saalbrücke bey Halle.

Locus ille ad Pontem Salæ, ubi pulvis tormentarius conficitur, fuit olim Commendatorum Teutonici Ordinis, qui vendiderunt Præposito monachorum Præmonstratensium Novi operis ad Halam urbem. Ab eo Senatus illum obtinuit.

Familiæ Nobilium.

Krosigk, Diskau, Rauchheupt, Trothe, Drachstorff de Bila, Holzendorff, Liebenröth, Bredoll, Krahen, Scheidingen, Obschlitz, Bosen, Schlegell, Taus, Bißing, Luptitz, Denstadt, Haken,

Haken, Zimmern, Belzigk, Mordell, Hederslewe, Schutten-sack, Selmenitz, Hoste, Gantzen, Wirtzburgk, Krefftc, Widenbach, Osterhusen, Bensow.

Hæc regio edita et montana planicies, ac in multas convalles diſtincta, tota feraciſſima eſt omnis generis frumenti ac vini, præſertim circa Gibechenſteinium et Alsleven ad utramque ripam Salæ. Scatet quoque limpidiſſimis ac gelidiſſimis fonticulis, qui terram reddunt paſſim fœcundam, ac paſcendis pecoribus idoneam.

Efficiunt etiam vivaria capaciſſima, quæ abundant ſapido varioque piſcium genere, inter quos primæ notæ cenſentur turdi. Schmerlin.

Celeberrimus quidam Vir, nobilitate et LL. cognitione præſtans, aliquando nobis convivis in ſuo prædio prope Halam, dulciſſimos appoſuit variolos, quos Græci χρυσοφρῆς vocant, Latini Auratas. Forellen.

Non autem ſylvæ hic denſæ reperiuntur conſitæ altis vel proceris arboribus. E regione arcis Gibichenſtein arbuſtum eſt vel fruticetum, quod vulgo ajunt, ſaltum præaltarum quercuum fuiſſe, ex quibus etiamnum hodie domus exſtructæ in urbe Hala conſpiciuntur, ſed Salis cacabi illum exciderunt. Spatium illud Germanici milliaris, quod eſt inter Querfurdt et Alſtede, fuit ſylva etiam hominum memoria, ſed jam rarum et humile virgultum eſt. Alias oppidani ex vicinis locis fomenta ignis comparant ſibi, vel ex Salicetis propriis. Kein Gehöltze. Die Wüſte genannt.

Ligna ad ædificationem ratibus devehuntur Sala fluvio intumeſcente imbrium effuſorum vel nivium liquefactarum profluvio. Wenn ſich die Saale ergeußt und groß wird.

Ruricolæ et tenuiores in oppidis utuntur culmis triticeis vel farragineis decurtatis atque e terra eradicatis, ſtipulam vocant, cujus et in ſalinis ad coquendum ſal maximus eſt uſus. Stoppel-Harcken.

Circa oppida, caſtra, monaſteria et nonnullos pagos bene culta ſunt Pomeria ſeu viridaria et horti voluptuarii, vario genere fructuum, florum ac herbarum, peregrinisque arboribus conſiti. Alicubi gignit crocum in hortis ſuburbanis magna ubertate. Itidem olera, caules, rapas, cæterosque fructus præcoces. Herrliche Baum-Garten, Luſt- und Kraut-Garten. Saffran.

Præter

Præter rivulos et ſcaturigines duo amnes celeberrimi et piſculenti eam irrigant Sala et Eliſter.

Sala.

Ptolom. lib. 5. cap. 13. Geogr. *Strabo* lib. 12. Geogr.

Ejus nominis fluvii multi ſunt, qui vel a fontanis ſalibus, ut in Germania; vel a foſſilibus, ut in Aſia et Africa, nomen ſuum habent, a quibus rurſus civitates appellantur. Sala autem, qui mediam hanc regionem abluens in Albim prope Barby effunditur, ac a quibusdam Sara quoque dicitur, quod Sorabos ac Thuringos olim diviſerit, exortum ſuum habet in ſylva Münchbergenſi, quæ eſt pars ſeu ramus montis piniferi, poſiti inter confinia Bohemiæ, Bavariæ, Voitlandiæ et Thuringiæ.

Donatus Chronogr.

Münſterus in Cosmogr. lib. 3. in deſcriptione oppidi Aegræ ſub Bohemico regno.

Caſparus Bruſchius in deſcriptione Salæ fluvii.

Fons, e quo cadit Sala, fons Salæ appellatur, der Saalbrunn. Hinc egreſſus mox excipit alios duos amnes Pulſchnicium et Gneſium, e ramis piniferi montis deſcendentes. Inde longiſſimo curſu utrimque illabentibus rivis auctior factus tandem Marsburgum ſupra Halam oppidum clarum, in ripa ſiniſtra lapideo ponte conjunctus præterfluit. Infra quod ad ſesquimilliare Eliſtrum amnem duobus alveis abſorbens, Halam urbem alluit.

An der Saale iſt der Weinwachs ziemlich.

Saalwein.

Neue Ertz-Biſchöffliche Weinberge zum Giebichenſtein.

Parſen, Karpen, Gründlinge, Aale, Kuhlparſen, Quabben.

Salæ ripæ utrimque vitiferæ ſunt, non ſolum a Cala Thuringiaco oppido ad Marsburgum usque, ut quibusdam videtur, ſed ab Hala et Gibichenſteinio toto ſuo decurſu ad Calviam urbem, a qua non procul oſtium Salæ eſt in Albim ſeſe exonerantis. Ea vina Salica dici poſſunt, quorum omnium ſuaviſſimus eſt ſapor ejus, quod in novis vinetis Archiepiſcopi prope Gibichenſteinium naſcitur. Multis in locis hic fluvius transvadari poteſt æſtivo tempore, præterquam cum imbrium frequentia et liquefacta nive turgidior circa hyemem et vernum tempus grandeſcit. Quapropter et magnorum navigiorum impatiens eſt, natura quidem ſua, verum ante paucos annos hominum induſtria per clauſuras quasdam oneribus portandis accommodus factus eſt. Alioqui piſcoſus et fertilis amnis, vario genere piſcium ſapidorum ubertim ſcatens, ex quibus præcipui ſunt Salmones, Turdi, Praſini, Mulli, Lucii, Percæ, Carpiones, Funduli, Anguillæ, Mellanuri et Gobbiones.

Eſt

Eſt et ſtagnum quoddam Langebojum (a pervetuſto et diruto caſtro Langebui) optimorum piſcium refertum. Langebuiſche See.

Eliſter

Elſter.

Fluvius ſcaturit ſupra Aſch oppidulum Voitlandiæ. Inde continuo alveo decurrens præterlabitur Plavium, Gera, Pegaviam, Lipſiam et Scheuditiam oppida, ac ſeſe in duos extendens ramos, prope Plachwitz pagum mox duplicibus oſtiis et nominibus in Salam devolvitur, altero infra pagum Beſen vetus nomen retinente, altero inter Collenboie pagum et Scopau arcem Lupa nuncupato. In hoc fluviolo Praſinorum recentium magna copia eſt. Alius quidam amnis ejusdem nominis ab Oriente in Albim circa Wittebergam fertur, de quo quicquam dicere ab hoc loco alienum eſt.

Erneſtus Brotuff ſenior in Chronica Mersburgenſi lib. 1. cap. 7.

Friſche Praſſen.

CAPVT II.

Secunda regio archiepiſcopatus, dicta ſylveſtris, vulgo das Holtz-Land oder der Holtz-Kreyß.

Holtz-Land oder Holtz-Kreyß.

Hanc diſterminat a ſuperiori Anhaltinus Principatus peculiaris, latitudinis ac longitudinis quatuor milliarium. Terminatur autem a meridie Boda et Sala fluminibus. Ad Orientem Albi continua eſt. Verſus Septentrionem veterem Marchiam obviam habet. In Occaſu ad Ducatum Brunſuicenſem et Lüneburgenſem usque recedit.

Nomen habet a ſylvarum frequentia ad Occaſum et Arcton exiſtentium. In hac regione *Magdeburgum* urbs medium et primum locum habet et occupat, ad quam etiam dividitur in duos tractus.

Die hohe Börde.

Qua hæc regio sylvestris Magdeburgum sinistrorsum protenditur ad Salam et Bodam in Austrum, vulgo dicitur die hohe Börde, id est ager, qui leniter assurgens singulari ubertate rerum nascentium excellit. Inde habitatores veteres Suevi, Longobardi nomen adepti. Solum præpingue est, et tritici farraginis, hordei et avenæ abunde ferax.

Supra lib. I. cap. 7. de Longobardis.

Urbes et oppida in ea sunt:

Magdeburgum, Frosa, Schönebeck, Saltza, Aken, in sinistra descendentis Albis, Calvia ad Salam, Stasfurt, Egeln, Hadmersleben, in citeriori Bodæ ripa, Wandtschleven, ad Saram rivulum. Singulis castrum adjacet excepta Frosa.

Extra oppida vero sunt castra vel arces:

Schlösser.

Randow inter utrumque Albim in continente Roseburgk ad confluentem Albis et Salæ fluminum. Nien-Gatersleve, Atenslebe, Lodeborgk, Wester Egeln, Germersleve, Hadmersleve in utraque ripa Bodæ.

Monasteria.

Klöster.

Berga ad Magdeburgum, Gratia Dei, Kloster Egeln.

Familiæ nobilium.

Adel.

De Hagen, Kotzen, Wellen in pago Wellen, Borstell, Lossaw, Krechte, Sclannewitz, Haken, Latorff, Herthell, Homburgk, Deven, Blesf, Eilsleve.

Frische Fliesfein hin und wieder. Fischteiche, Häler.

Totus hic tractus ex omni parte fluviis spargitur, qui per loca utplurimum campestria diffluentes, navigiis tamen minime commodi, vicinas habent hominum habitationes, quibus efficiunt piscinas, vividaria et alias commoditates, ac tandem in Bodam, Salam ac Albim exeunt.

Sunt

Sunt et stagna insignia quatuor.

Laderborgicum, Domslevicum, Remkerslevicum et stagnum foetidum sive lutosum prope Wandsleven. Vier Seen.

Nullae autem sylvae, imo ne fruticeta uspiam videre licet, adeo plana est tota terrae ejus superficies praeter saliceta ad sepes pagorum et ad rivulos, ac excepta ea parte inter Albim et Salam, in qua Acken oppidum et Rosenburgk sita sunt. Hic nemora quidem et venationes, sed non eadem terrae foecunditas, nimirum tritici haudquaquam ferax. Ist gar kein Holtz, sondern ein flach plan Feld.

Albis fluvio subvehuntur devehunturque amplis et praelongis navibus ligna, quibus oppidani ad ignium fomenta utuntur, praeter tenuiores nonnullos et rusticos, qui stipulam ex agris colligunt, et ad suscitandos ignes conservant. Holtzschiffung auf der Elbe.

Ex Bohemico saltu per Pirnenses cives ratibus deferuntur abjectum trunci et asseres abiegni, materies aedificiorum. Von Pirna die Flösse mit Bauholtz und Brettern.

Tribus potissimum rebus hic tractus die hohe Börde reliquas regiones in Archiepiscopatu omnes antecellit.

Primo: Miranda copia et bonitate omnis generis frumentorum, quae quia ad exteras nationes terra Albique avehuntur, et longe dissitorum hominum usui serviunt, non abs re nec immerito regio ista horreum quoddam aridiorum regionum finitimarum vulgo nuncupatur. I. Ein schönes Land. Kornschiffung auf der Elbe.

Deinde hortorum circa Magdeburgum in suburbanis singulari amoenitate et fertilitate, qui cum in proximo bello excisi atque devastati fuerint, jam rursus multis peregrinis arboribus varioque florum et herbarum exoticarum genere certatim a cultoribus conseruntur. II. Grosser Fleiß auf die Obst-Gärten um Magdeburgk. Fremde Kräuter.

Olerum, caulicum, raparum et radicum tantam copiam gignunt, ut plaustris deportentur magno numero ad vicinas regiones. Kohl-Gärten.

Inprimis Anisum isthic uberrime provenit, quod a mercatoribus collectum in ultimas Hispanias Galliasque distrahitur.

Plurimis navigiis et vehiculis Braſſica capitata in agro vicino circa Magdeburgum creſcens a finitimis populis convehitur.

Prata viridantia ad deſcendentem Albim multa ſunt ſpatio duorum ferme milliariorum, unde pabuli ſuppeditatur ubertas, non ſolum Magdeburgenſium pecoribus, ſed et illorum, qui longius ab Albi in Mediterraneis ſedent, ſub præfectura Wandslebenſi.

Ad Bodam et Salam accolis ſua ſunt pabula.

III. Die Saltzbrunnen. lib. 31. cap. 7. et 9.

Poſtremo fontibus Salis inexhauſtis, quorum in diverſis locis quatuor ſunt. In oppidis Salza et Staſsfurt, et in pagis Solen et Suldorff, de quibus ſuo loco ex *Plinio*.

Hæc obſervatu digna ſunt in primo tractu ſylveſtris regionis.

CAPVT III.

Die Holtzbörde.

Holtzbörde.

Qua vero hæc regio ſylveſtris extenditur Magdeburgo dextrorſum ad Occiduum Solem et ad Arcton, is tractus vulgo dicitur, die Holtzbörde.

In illo multa ſunt nemora et ſylvæ. In quibus ad Orham a multis ſeculis hæc venationum loca celebrantur. Deſolatæ villæ: Kulitz, Satewelle, Utmode, Sebenitz, Hojerſtorff, Brundorff, Schmerfelde, Oſterſtede, Mildehouet, Dornſtede, Lothow, Dolle, Kröchern, cum colibus lapideis. Item Linden, Nuntz, Hertzling, Carſtreit, Wentbuſch, Wenttorff, Buckdungk, Koldenho, Borckholtz, Kobbel, Oſatz, Santforde.

Duo etiam hic ſunt amnes Alaris nempe et Orha, ad quos utrmique ſunt

Oppida:

Städte.

Wolmerſtedt cum caſtro.
Haldensleve cum veteri et ſemidiruto caſtro.
Obisfeldt cum caſtro.

Caſtra

Castra extra Oppida.

Rogetz, Dreylebe, Hundesborgk, Angern, Harpke, Hötensleven, Sommerschenburgk, Alvensleven, Ummendorff, Donstedt, Egginstete, Wulffsburgk, Niendorff, Bertensleven, Amforde, Schermbecke, Aldenhausen. Schlösser und Häuser.

Monasteria extra oppida.

Ammensleben, Hildensleve, Haldensleve vetus, Meiendorff, Marienborn, Hundsburgk, Commendatura in Berga, Wichsmannsdorff, sedes olim Templariorum. Klöster.

Familiæ nobilium in hoc tractu sunt illorum:

De Schulenburg, Meiendorff, Randow, Alvensleven, Veltheim, Knippinge, Schencken, Steinberg, Botzen, Bülow, Asseburgk, Karstehel, Berthensleven, Angern, Ruten. Adel.

In hoc tractu non una eademque soli est natura. In præfectura Dreyleben, et vicinis aliquot pagis, versus Ortum eadem ferme est ubertas omnium frumentorum, quæ in altero tractu, sed tamen aliarum rerum victui necessariarum non æque magna affluentia. Amt Dreyleben.

Prope Amforde castrum gypsum effoditur, ex quo contuso mira arte fusoria, nuper admodum inventa, varias imagines et columnas ad exornanda splendidiora ædificia plastæ formant.

Ad Alarim fluvium, quo Occidentales termini hujus Archiepiscopatus irrigantur, utrinque terra jejuna et infœcunda a colonis fimo margaque nuper ad Ummendorff arcem inventa, intersternitur ac impinguatur, ita ut farraginis, hordei æstivalis avenæque satis producat, tritici non adeo multum.

Marga triplex 1. Candida lapidosa, weisser harter Steinmergel. 2. Punicea lapidosa et friabilis, branner steinichter. 3. Cærulea lapidosa et friabilis, Aschenfarb dreckichter, der sich reiben läßt.

Ad Orham terra asperior est, et arenosa tota, quapropter agri non usquequaque fœcundi et fertiles.

Viel Gehölz. Ultra utrumque amnem, qua hic tractus veterem Marchiam Brandenburgensem et Ducatum Brunsuicensem respicit, magna frequentia collium nemorosorum est, qui scaturientes emittunt rivulos, et quernas faginasque glandes magno proventu producunt, multas quoque nobiliores herbas gignunt, ac alioquin volucres et feras alunt. Eichen- und Buchen-Mast.

Vom Landgraben.

Sed nec hoc prætereundum, in hujus tractus extremitatibus versus Occasum esse fossam quandam, in longitudinem ex meridie in Septentrionem ultra milliaria ferme sex productam, et latam viginti pedum. Quibusdam in locis duplicem eam reperi. Hujus initium est a Boda fluvio inter Oschersleben et Hadmersleben oppida, et finitur in sylva palustri, ab accolis dicta der Drömling prope Obisfeld. Hæc fossa fuit distincta speculis et angustis portarum claustris, et similis propemodum illis sepimentis, quibus urbes Saxonicas olim communitas fuisse videmus, vulgo dictis Landwehren, sicuti et hæc fossa ein Landgraben vocatur. Ejus rudera visuntur prope Amforde inter Schermbeck et Emeringen. Item in sylva Brandenslebica, in pascuis depressioribus inter Egenstede et Wormsdorff. Specula lignea inter Ummendorff et Ovelgondi ante paucos annos a vermibus exesa collapsa est. Deinde prope Arrleben aliquot vestigia, postremo et juxta pagum ac in densis nemoribus Aetingen reliqua sunt. Incompertum est autem, quando et per quem facta sit olim. Non vero dubium, quin vetustis temporibus fuerit hujus Saxoniæ campestris, quæ nunc Archiepiscopatus Magdeburgensis est, munitio et vallum oppositum vicinis regionibus, Halberstatensi, Brunsuicensi et Lüneburgensi, quæ sylvis refertæ faciles præbebant receptus bellatoribus ac prædonibus.

Talis quædam fossata munitio et vallum cum adjuncto muro fuit et in Peloponneso Græciæ, in Ducatu Slesvicensi Regni Daniæ, in Pannoniis et Saxonia. De quo legantur historiæ Græcæ et Ungaricæ. Item res gestæ *Pipini* et *Caroli Magni*, atque Danorum Annales.

Tota

Tota hæc ſylveſtris regio utriusque tractus, quinque præcipue fluminibus quaſi includitur. Albi videlicet, Sala, Boda, Alari et Orha.

Holtzland zwiſchen 5. Waſſern beſchloſſen.

Albis vel Albia, qui *Straboni* Albus, *Pomponio Melæ* Alvus eſt, oritur in iſtis montibus, qui Sileſiam, ut Matthiolus, ſeu Moraviam, ut Sylvius ait, a Bohemia ſeparant. Vulgus Bohemorum hos montes appellat krkonoß, duodecim propemodum milliaribus ab oppidulo Hohen-Elb diſtantes.

I. Elbſtrom

In herbario lib. 4. cap. 77.

In Bohemia cap. 1.

Mattheſius atque *Fabricius* ſcaturiginem ejus eſſe affirmant ſub monte a Gigantibus dicto der Rieſenberg.

In Sarepta.

In Annal. Miſnenſ. lib. 1.

Nomen vero ſuum Albis a corrivatione undecim rivulorum ſeu fontium, juxta Bohemorum communem ſententiam habere dicitur, quemadmodum Centa fluvius in Liguria Italiæ a centum torrentibus, quos colligit, nuncupatur.

Leander Albertus.

Rivulorum undecim nomina hæc Fabricius recenſet. In initio Krumſeiffen, quæ duo ſunt ſtagna, ſed tum cum primus adjungitur fluviolus, dicitur Albis magnus. Secundus fons Grobſeiffen. Tertius Woſam. Quartus Granitz. Quintus Sperberſeiffen. Sextus Haubritz. Inde arcem Gendorffiam præterlabitur in loco edito ſitam, infra oppidum ſubjectum parvus Albis miſcetur magno. Parvus autem dictus non procul a majoris Albis paludibus oritur montibus interjectis. Septimus fons Hemmerlein. Octavus anſeris nomine appellatur. Nonus aquæ novæ. Decimus der Heidelbach. Undecimus das Kalchwaſſer. Tot fontes et fluvioli gignunt Albim parvum, qui ſe deinceps in majorem exonerat.

In Annal. Miſnenſ.

Saxones vero exiſtimant, Albis nomen eſſe ab undecim celebrioribus fluminibus, quibus adaugetur in toto decurſu ſuo, qualia numerantur: Egra, Billa, Gotleba, Muglicium, Katzbachium, Albula, Trebiſa, Aqua nigra, Milda, Sala, Havelus.

Olim inclytus et celebris Albis habebatur, tum quod veterem Germaniam mediam percurrebat, cum ea definiretur ad Ortum Viſtula, ad Occaſum vero Rheno fluminibus: tum quod ab *Auguſto*

Strabo lib. 1. Coſmogr.

Caſare

Cæſare Imperii Romani terminus conſtitutus fuerat. Sed celebrior deinde propter Primatum Magdeburgicum, celeberrimus vero hodie propter Evangelii lucem accenſam Wittebergæ in ejus ripa.

Ubi hanc regionem ab Oriente attingit et alluit, curſus ejus dimidius eſt ab exortu ſuo ad exitum usque. Pirna enim oppidum in aditu montium Bohemicorum, unde profluit in Germaniam, eodem intervallo ab hoc diſtat Archiepiſcopatu, quo Hamburgum urbs, infra quam in Holſatia ad Cimbricam Cherſoneſum ingenti undarum mole in Oceanum Brittannicum, Rheno non minor, devolvitur. Unde apparet Longobardorum ſedem in hac ipſa regione hujus Archiepiſcopatus ſecunda *Ptolomæi* temporibus fuiſſe, cum eos ad Albis medium curſum in ripa Occidentali e regione Sennonum Suevorum collocat.

Jerichower Land, das Ueber-Elbische Land.

Nobis in citeriori ripa ſedentibus Hierichuntina terra ultra Albim, Trans-Albina dicitur, juxta vetera diplomata, quo interfluo ab invicem hæc et illa disjunguntur.

Elbe unter vierzigerley Fischen hat grüne Lachs, Welß und Stör.

Inter cæteros piſces multivarii generis abundat Eſocibus, Amiis, Siluris.

De alio quodam flumine Albi in Germania ſuperiori vide Aventinum libr. 2. Annal.

Sleidanus in deſcriptione Galliæ Cominæo addita.

Albis fluvius navigabilis commiſcetur cum nonnullis aliis Sequanæ flumini, quod Lutetiam Pariſiorum in Francia Galliæ interlabitur.

Meminit et torrentis cujusdam Albis in Italia *Leander Albertus.* Sic hujus nominis fluvii et alibi alii ac plures reperiuntur, ut videatur non tam ab undecim fontibus ſeu fluminibus denominationem ejus factam, quam aliam ejus Etymologiam eſſe.

II. Die Saale.

Sala poſtquam relicta priori regione Salingorum Principatum Anhaltinum percurrit, in hac regione Calviæ oppidi mœnia allabitur, infra quod ad Milliare uno oſtio, quod Saalhorn vulgo vocant, ſupra Barby ad ictus Bombardæ ſpatium ſeſe in Albim effundit.

Saalhorn.

Boda

Boda ab Occaſu ex Halberſtatenſi Epiſcopatu defluens, verſus ortum ad Monaſterium Mönnichen Nienburg Salæ coit, fluvius limitalis utrumque Epiſcopatum ab invicem disjungens pariter et Anhaltinos ab hoc Epiſcopatu removens. III. Die Bode.

De ejus fonte et piſcibus infra copioſius dicetur.

Cis Bodam ad pagum Börnecke fodiuntur argillæ, quibus figuli: item lapis Phrygius, quo fullones utuntur, prope Sohlen Beiendorff in monticulis Weſterhuſenſibus. Töpfer-Erde. Wasch-Erde. *Encelius* lib. 3. cap. 4. de re Metallica.

Alaris nomen habet ab Alvis arboribus, quibus fons ejus conſitus olim fuiſſe exiſtimatur, jam ſalices iſthic conſpicias. IV. Die Aller.

Scaturit autem ſupra Ummendorff prope prædium Gerßdorff ſub nemore Brandensleben, in agro ab Occaſu ad paluſtria Eislebica declivi. Et ex hac regione verſus Septentrionem partim per campeſtria, partim intra montium ac nemorum convalles et confractus deſcendens, Brunſuicenſem et Lüneburgenſem agrum percurrit, quo menſo ad Verdam urbem Epiſcopali ſede claram, poſteaquam (receptis prius Cuntero, Fuſa, Iſte, Obacro et aliis multis amnibus) navigabilis factus fuerit, Viſurgi conjungitur. Gerßdorff eſt Monaſterium in Meiendorff. Eislebiſche Broeck. Kunter, Fuſe, Iſte und Ocker in die Aller.

Hujus fit mentio in hiſtoria *Caroli Magni*, qui ad ripam ejus 4500. Saxones perfidos uno die decollavit Anno Chriſti 782. Anno vero decimo tricennalis iſtius cum Saxonibus belli. Annales Francor.

Ad hujus amnis caput inter Ummendorfium et Arcksleben ampliſſima palus eſt Säleſchia piſcibus ditiſſima. Sälſche Broeck.

Orha nomen habet fortaſſis corruptum ab Ario fluvio quodam Aſiæ, in ea regione, quæ Bactrianæ contermina, a fluvio Aria dicitur *Strabone* et *Ptolomæo* teſtibus. Gentes enim Aſiaticæ, qui primi coloni Germaniæ ſunt, etiam fluminum appellationes inde attulerunt. Et moti haut dubie utriusque natura non adeo diſſimili, nomen quoque idem habere voluerunt. Quemadmodum enim Arius Aſiaticus per terram arenoſam et deſertam labens, tandem abſorbetur, ita et hic amnis in Ducatu Lüneburgenſi in pago Ordorp quatuor milliaribus ab Obiesfeld diſſito ſcaturiens, ubi pagum Jarsdorff propius accedit, ante nemuſculum et prata ibidem abſorbetur, V. Die Ohra. lib. 2. Geogr. et 12. lib. 6. cap. 17. tab. 9. Aſiæ. Arius Aſiaticus. Urſprung der Ohre.

Rer. Germ. Tom. I. Torquatus.

Ohra laufft zwo Meilen unter der Erden.

tur, et in subterranea fossa per milliaria duo occulte ductus juxta Calvörde rursus erumpit et cognoscitur.

Die alte Elbe bey Wolmerstedt.

Labitur ipse quoque toto suo cursu per terram arenosam in Albim. Wolmerstadii autem ramum quendam veteris Albis primo excipit, cum quo ad milliare unum sub Lötzke Albi infertur.

Die Ohra denen Magdeburgern ein unglücklich Wasser.

Livius libr. 5. An. urbis 365. An. urbis 650. Plutarch. in vita Camilli et Marii. Et in libro ἀποφθέγματων 24. Flor. lib. 1. cap. 13. Annales Magdeburgici.

Nomen hujus fluvioli Magdeburgensibus non minus infaustum ac damnosum est, atque Alliæ fluvii Romanis olim fuit. Ut enim hi bis diverso tempore, uno tamen die, nempe Pridie Nonas Octobris v. sexto Octobris, a Gallis primo, deinde a Cimbris victi sunt et profligati: Ita illi etiam ad hunc amnem Ohram bis sunt cæsi, uno quoque die ac diversis temporibus, nempe ipso die D. *Mauritii.* Primum a vasallis hujus Archiepiscopatus sub *Ottone* Landgravio Hassiæ et Archiepiscopo Anno Christi 1550. Deinde a Duce quodam Megapolensi *Georgio* Anno Christi 1350. Ut suo loco infra prolixius commemorabitur. Habent enim ut alia omnia, ita et Anni et Dies, imo ipsi fluvii suum peculiare quoddam fatum. Sic suæ quædam annorum Periodi imperiis et regnis constitutæ a Deo sunt. Fluvios itidem nonnullos certorum populorum limites immotos atque adeo fatalia impedimenta et obstacula fuisse, quo minus feliciter ulterius progredi atque dominari licuerit, historiæ gentium seu nationum singularum fere testantur omnes. Certi quoque dies aliquot non æque omnibus fausti et felices exstitere, in rebus suis maximi momenti peragendis.

Sic infausta semper erat templo Hierosolymitano dies decimus Augusti mensis, Bohemis 23. ejusdem mensis. Carthaginensibus vero 24. Persis 27. Magdeburgensibus dies D. *Mauritio* sacra minus auspicata ad infelices belli rationes bis protraxit, idque ad ipsum Ohram amnem huic regioni fatalem. Sed revertamur ad historicam narrationem, de his suo loco pluribus commentaturi.

Im Drömling.

Ad Ohræ ripam vero et præterfluentem Alarim saltus est Drömling haud procul ab Ovisfeld, qui a Vosfeld oppidulo quodam angusto porrigitur usque ad Calvörden per milliaria quatuor, cum latitudinem habeat vix sesquimilliariorum. Attingit confinia

Brunsui-

Brunſuicenſis Ducatus, Marchiæ Brandenburgenſis et Archiepiſcopatus Magdeburgici. In eo jus ſibi vindicant nobiles de Bülau, de Alvensleben et Bertensleben cum civibus Ovisfeldenſibus.

Eſt autem conſitus arboribus utplurimum betulis, Alvis, corylis, fagis et fraxinis, ex quibus varia inſtrumenta domeſtica facta in longiſſimas quasque regiones deportantur, non ſine ingenti lucro accolarum. Drömlich ein holtzig Gequebbe, Bircken, Ellern oder Erlen, Haseln, Buchen, Eschen.

Habet vero nomen a ceſpitibus herbidis editioribus, qui aquæ innatant, quibusque exciſarum arborum trunci inſiſtunt. Eſt et totus uliginoſus, ita ut nihil ibi effici poſſit, niſi exſiccetur vel æſtu nimio, vel frigore intenſiſſimo congeletur. Alit quoque feras nobilium venationibus reſervatas.

CAPVT IV.

Tertia regio eſt Terra Trans-Albina, das Ueber-Elbische Land.

In fundatione monaſterii Lietzke prope Magdeburgum, hæc regio dicitur ſita in Provincia Morſchovia. Omnis enim terra illa in ulteriori ripa Albis ad Havelum usque diſtenta ſic nuncupata fuit, ſub *Alberto Urſo* Marchione Brandenburgico Electore. Diplomata Imper. *Conradi*, quibus confirmatur inſtitutio cœnobii Jerichoviani tertiam hanc regionem Provinciam Scholeve appellat ab oppido ejus nominis in citeriori ripa Haveli poſito. His vero appellationibus exſtinctis uſus obtinuit, ut diceretur Trans-Albina, quia huic Diœceſi a Solis Ortu ultra Albim oppoſita eſt, et in quatuor ſubdividitur partes. Cœnobium hoc fundatum eſt anno 1144.

1. } eſt { terra Flamingorum.
2. Hierichuntina.
3. Angulus Plavienſis.
4. terra Finnorum.

 Flamin-

Die Flaminge.

Helmoldus lib. 1. cap. 88. et 89. sui Chronici.

Flamingia dicitur a populis Flamingis, quos *Albertus Ursus*, Anhaltinus Princeps, e Flandria, Seelandia et Hollandia, Rhenanis regionibus traduxit, ad Albim et Havelum flumina, Sclavis perfidis exstirpatis, de quo infra sub *Wichmanno* Archiepiscopo.

Zwier Flaminger Gelegenheit und Unterscheid.

Rursus autem et illa duplex est. Una incipit a Königsborne et Bideritz, e regione Magdeburgi urbis et ad laevam versus Septentrionem protensa ad Zieser Brandenburgensis Dioeceseos oppidum usque sese reflectit in Meridiem, et concluditur quasi intra Stremmam fluvium, Marchiam Brandenburgicam novam ac territoria Gummer et Lezeke.

Oppida in hac Flamingia sunt:

Städte in Flamingk.

Burg, Genthin, Lauburgk, Möckern, cum adjacentibus castellis.

Castra.

Schlösser.

Tuchem, Parchem, Alten Plote, Brandenstein, Dornburg, Krussaw, Wolterstorff, Königsborne et Randow.

Familiae nobilium sunt illorum:

Adel.

De Lossaw, Treskaw, Ploto, Hoppenkorff, Arnim, Barbi, Furer, Itzenplitz, Wulffen, Latorff, Biern, Arnstedt, Alvensleben, Lochov, Meiendorff,

Land Jüterbock.

Altera *Flamingia* est tractus ille ad Albim a Lauburgk usque ad confinia Marchiae Brandenburgensis novae, Lusatiae inferioris et Misniae. In ea sita est provincia Jüterboccensis. Et vocatur sterilis vel arida, die dürre Fleming.

Finnerdamm. Mützell Glaßhütten.

Priori Flamingiae contermina est *Terra Finnorum*, ab amne *Finna* interluente sic dicta. Tota palustris et consita sylvis, ideoque saginandis porcis maxime idonea et latrociniis obnoxia. Celebris hic agger quidam est der Finnerdamm, qua Brandenburgum itur, et saltus quidam die Mützell, in quo vitrariae sunt officinae.

Nulla hic oppida vel castra.

In pagis delitescunt nobiles de Werder, Furer, Schilde, Klœden, Britzeken et Grabow.

Adel.

Ultra hanc terram contiguus est *Angulus Plaviensis* a pervetusto castro *Plawen* cognominatus. In ejus pagis resident nobiles de Britzken, Rosenberg, Werder et H inicken.

Plauische Winckel.
Adel.

Inter terram Finnorum et angulum Plaviensem ad confluentem Haveli et Stremmæ situm est castrum Milow, quod possident de Treskow nobiles.

Hauß Milow.

Hæc terra Flamingorum cum suis partibus, sc. Finlandia et Plaviensi angulo, disterminatur ab Hierichuntino tractu Stremina flumine, quod fontem habet juxta pagum Lubars, et per mediam urbem Borg ab ortu suo delabens, Ile appellatur, paullo inferius prope pagum Berchtzaw mutato nomine Stremma dicitur, et Havelo immiscetur inter Milow et Gutzere.

Die Stremme.

Quicquid interjacet terræ inter Albim et Stremmam ad pontes Havelbergensem et Ratinoviensem usque, nomine terræ *Jerichovianæ* vel Hierichuntinæ censetur, sic dictæ a cœnobio pervetusto *Jerichow* Ordinis Præmonstratensium.

Jerichower Land.

Hic unicum est oppidum *Sandow* cum contiguo castro.

Sandow. Stadt.

Arces vero duæ *Nigrip* et *Seborg* cum plurimis vicis.

Nigrip. Seborg.

Unicum monasterium *Jerichow*.

Kloster Jerichow.

Nobilium familiæ plures hic sunt, quam in reliquis partibus v. c. illorum:

De Werder, Lossau, Katten, Brieſt, Treskow, von der Hage, Predole, Retzdorff, Plate, Kagen, Redekin, Kloden, Mollendorff, Randow, Salder, Holwegl, Foldenschere, Bardeleven, Hoppenkorff, Rossaw, Arnstedt, Lochow, Meiendorff, Biern.

Adel zwischen der Stremme, Elbe und Havel herauf bis an Magdeburg.

Universa terra Trans-Albina utplurimum arenosa est, alio atque alio loco fertilior. Ad victum necessaria gignit, triticum, farraginem, hordeum, avenam, linum.

Multæ ſylvæ ſaginandis porcis ac venationibus aptæ, inde a centum annis fuerunt, videlicet in deſerto Scholeve, in nemuſculis caſtri Sandow, in arbuſtis ad Mulckenberg, Grutz et Gottelin, Podeſer Schmedtſtorff, Zernitze, Werwer, Ferchels, in diſtrictu Plote prope Schlawetin.

Sunt præterea latiſſimi lacus et vivaria, paſcua viridantia, unde abunde pecori pabulum.

Weinwachs

Item Vinea, ut in Seedorff et Deitershagen.

Similiter et horti voluptuoſiſſimi et pomaria, in quibus tanta copia omnis generis fructus proveniunt, ut in vicinas regiones exportentur.

Singulæ partes peculiaribus ſuperbiunt monticulis, apricis quidem, ſed ſerendis frugibus ineptis.

Flamingia Milovienſibus. Hierichuntina Cammerenſibus. Angulus Plavienſis Fhelemſenſibus, et Finlandia Kolwicenſibus, qui a pagis, quibus adjacent, denominantur.

Terra Eretriades et Samia. *Encel.* lib. 2. cap. 29. 30. *Dioſcor.* lib. 5. cap. 128. 129.

Ad oſtium Tangræ in littore cis Albim regionis Hierichuntinæ effoditur terra Eretriades et Samia prope Genthin in fodinis figulorum.

CAPVT V.

Quarta regio Archiepiſcopalis, Provincia Jüterboccenſis, das Jüterbockſche Land.

Commemoratæ tres regiones inde usque ab initio fundati Archiepiſcopatus Eccleſiæ Magdeburgenſi incorporatæ fuerunt. Hæc vero quarta longo poſt tempore Anno Chriſti v. c. 1174. addita eſt per Epiſcopum *Wichmannum*, cum ibi pagani Chriſtianos plurimum infeſtarent.

Vide vocabuli Jüterboccii Etymologiam.

Nomen habet a Jüterboccio, urbe in ea primaria, quæ in *Wichmanno* in privilegiis dicitur Exordium et caput provinciæ.

Sita

Sita vero eſt in ſterili et arida Flamingia. Ab occaſu disjungitur a Magdeburgenſi Archiepiſcopatu per Ducatum Saxoniæ. A ſeptentrione Marchiæ Brandenburgenſi jungitur. Stadt Jüterbock im dürren Fleming.

Ad ortum extendit ſeſe ad Luſatiam inferiorem. Verſus meridiem Saxoniam aſpicit.

Tres Urbes, Jüterboccium, Dahme et Lückenwalde cum caſtris contiguis. Städte.

Monaſterium unum, Czinna ordinis S. Benedicti. Klöster.

Caſtra: Stolpe, et quæ oppidis adjacent. Schloß.

Familiæ nobilium.

De Klitzing, Schlieben, Hacken, Löſer, Thümen, Rasken, Loben et Schönermarken. Adel.

Ager eſt arenoſus, ſed admixtus limo, ubertim gignit farraginem, hordeum et avenam.

In Abbatia Czinnenſi triticum naſcitur.

Celebratur hæc regio tribus rebus humanæ vitæ maxime neceſſariis, Lino, Vino, et Libanotide nobiliſſima herba. Harum rerum tanta eſt affluentia ut ad circumjacentes regiones divendantur. Flachs. Wein. Roßmarin. Multi horti voluptuarii et paſſim piſcinæ piſcibus abundantes. Alioqui unus eſt amnis, qui in Kampen, urbi Jüterboccio loco contiguo oritur.

Unde deſcendens per vivaria urbis appellatur der Werdersche Flies. Prope Lückenwalde der Jüterbockische Flies. Is fluviolus habet multos Gobbiones et cancros.

Sylvæ reperiuntur piniferæ et quercinæ. Item virgulta.

Tantum de natura Archiepiſcopatus.

CA-

CAPVT VI.

De Halberstatensis Episcopatus qualitate et fertilitate.

Des Stift Halberstadt.

Episcopatus Halberstatensis non ita in certas distinctus est regiones, quemadmodum Magdeburgensis. Irrigatur autem quibusdam fluminibus, ad quorum ripas terram partiemur et describemus.

I. *In Meridie inter Bodam et Soelcke amnes.*

Der forder Hartz gegen Mittag. Boda. Soelcke.

Hercynia anterior adjacet huic Episcopatui a Meridie, ex qua supra Quedlinburgum *Boda* amnis in hanc regionem effluit. Sed paullo inferius versus Orientem solis et Comitatum Mansfeldensem in milliaribus duobus erumpit ex eadem Hercynia Soelcke fluviolus, qui scaturit in montibus ejus ad milliaria duo supra Falckenstein prope pagum Straßberg, non procul ab Elrode.

Episcopatum deinde per profundissimos valles delapsus tandem ingreditur in territorium Falckenstein. Et hic ex Meridie decurrens in Boream ad milliaria tria circiter, stagnum Gaterslebense attingit. Sed mox inde per cistas Anguillarias deflectit in Occasum, et post milliare unum ad pagum Rodestorff Bodæ amni confluit. Confluxus ille dicitur *Cella Diaboli* der Teuffels-Keller. Ad hujus fluvioli Soelcken ripas sita sunt Falckenstein castrum pervetustum in præcipiti quadam rupe anterioris Hercyniæ. Item Stecklinberg castrum. Postea Ermsleben cum castro, quod in vicinia habet monasterium Conradsburg et Hoim villam, ac natale solum nobilium de *Hoim*.

Schlösser. Falckenstein. Stecklinberg. Ermsleben, Städtlein. Conradsburg, Kloster. Hoim, Dorff.

Paullo remotior a ripa Orientali est celeberrima urbs *Aschersleben*, una ex præcipuis civitatibus Episcopatus, ad quam stagnum Gaterslevense finitur. Id stagnum ad dextram sub Hackelo monte habet Westorff castrum.

Aschersleben. Westorff.

In

In fronte castrum vetus Gatersleven in ripa Soelcke. Huic vicina est Neiendorff castrum, cognomento Domus, das Hauß Neiendorff. Alten Gatersleben. Hauß Neiendorff.

Huic fluviolo Soelcke per se obscuro nominis atque celebritatis quiddam attulit acerrimus ille conflictus, qui factus est non procul ab hoc castro Neiendorff inter *Brunonem* et *Ecbertum* fratres ac filios *Ludolphi* Marchionis Saxoniæ et in Brunschwigk ab una parte, et *Ottonem* Marchionem ab altera parte. In quo victores illi duo fratres Saxonici Principes Imperatoris *Hinrici IV*. impuberis cum laude tutati sunt Imperialem dignitatem contra Saxonicos Principes rebelles. Videatur historia hæc prolixius scripta per *Spangenbergium* in Chronico Mansfeldensi Part. I. cap. 176.

Postremo est monasterium sanctimonialium Hedersleve, infra quod Boda excipit Soelcke fluviolum ad pagum Rodestorff. Hedersleben, Kloster. Rodestorff.

Oppida.

Aschersleven, Ermsleven. Städte.

Castra.

Falckenstein, Westorff, Steckelnberg, ruinosum castrum Ascharia. Häuser.

Monasteria.

Cunradtsburgk ordinis Præmonstratensium Ad. D. Agnetem extra mœnia Ascherslevia monasterium virginum. Klöster.

Hedersleve monasterium virginum.

In oppido Ermsleve et pago Schadesleve ad stagnum Gaterslevicum Templarii olim sederunt.

Familiæ nobilium, illorum

De Hoim, Asseburgk, Stammern, Schönermargk.

Hic tractus est frumentorum feracissimus, et planus, nullis consitus sylvis. Ignis fomenta et ædificationis materiam suppeditat Hercynia. Pecorum pascua uberrima sunt. Horti amœni. In

 terri-

Gold-Bergwerck. territorio Falckenstein aurifodina est in colliculo quodam ad præterfluentem fluviolum Soelcke e regione castri. Ex hac nobilis *Bernhardus Asseburgicus* tantas opes conflavit, ut cognomentum *divitis* acceperit, der reiche Berndt von der Asseburgk.

Saltzbrunn, Soelcke hat Smerlin, Elritzen, Grundlin. In agro contiguo urbi Aschersleven fons salis est et lapidicinæ. Soelcke piscibus minutis abundat: Turdis, ἐδέλλαις, fundulis.

Stagnum Gaterslevense.

Gaterslebische See. Hoc stagnum duobus milliaribus in longitudinem diffunditur. In latitudinem vero ad semimilliare patet, incipiens a castro Gaterssleve, extenditur usque ad urbem Aschersleve. Olim fuit palustris locus habens vadum lapidibus stratum, cujus adhuc indicia exstant.

Vicina aliquot monasteria in Hercynia et castella in eo sua habuerunt prata.

Terminirer Mönch. Ante annos plus minus centum auctoritate cujusdam Terminarii monachi stagnum inde factum dicitur, quod jam abundat mira piscium copia.

Wasserbatenig oder Knoblauchs-Kraut. In quibusdam locis præeminentes sunt rupes herbidis cespitibus obductæ. Horum quidam dicitur mons palustris *Brocksberg* e regione Harckstorff pagi in eo Scordinum herba nobilissima nascitur. Dimidia vero pars stagni pertinet ad castrum Gatersleve. Alteram partem Ascherslevenses sibi vindicant. Inde fit ut duplici nomine appelletur ab exteris. Alii enim stagnum Aschersleven se, alii Gaterslevense vocant. Dependitur inde quotannis certus numerus piscium etiam iis, qui prata olim ibi habuerunt.

CAPUT VII.

II. Inter Bodam amnem, situs circa montem Hackel.

Der Hackeln-Berg. A confluente Bodæ et Soelcke infra Hedersleve ad pagum Rodestorff decurrit Boda versus Arcton circa montem Hackel, et ad

ad Ortum delatus Salæ commiſcetur ad Mönnichen Nienburgk ut ſupra.

Hi duo alvei Bodæ unius tamen ſemicirculi forma hoc monte disjuncti ab invicem nusquam ultra milliare diſtant. Capit vero hic mons longitudine quatuor, latitudine, ut dixi, unum milliare, procedens a Gröningen ab Occaſu ad Stasfordenſia paluſtria et Wipperam flumen.

In editiori loco, qua Adersleven monaſterium a meridionali latere et Kroppenſtidde oppidulum a Boreali ſpectat, ſylva eſt *Hackel* cognomento, continens arcem dirutam Humborg. Reliqua pars frugibus ſerendis aptiſſima eſt, et paſcendis pecoribus prata habet. Similiter producit ſaluberrimas herbas Diptamnum et ſimiles.

Goltbeca oritur in Hercyniis prope Monaſterium Michelſtein. Inde a rivulis auctior factus Langenſtein caſtrum alluit. Unde Halberſtadium præterfluens pagum Harsleben accedit, atque juxta oppidum Wegeleben Bodæ illabitur.

Circa montem in dextra ripa Bodæ deſcendentis a confluente ſuo ad Heckeling cœnobium usque ſunt ditionis Halberſtatenſis.

Adersleve monaſterium virginum ex adverſo Weverlinge oppidi. Adersleben Kloſter.

Gröningen oppidum cum caſtro. Gröningen, Stadt.

Crottorff caſtrum, ubi Holtemma fluvius Halberſtadium ex Hercyniis montibus interfluens a Boda recipitur. Crottorff, Hauß.

Hadmersleve cœnobium virginum cum pago. Arx vero ei adjacens ditionis eſt Magdeburgenſis. Hadmersleben, Kloſter und Hauß.

Ad pagum Weſter-Egeln foditur gypſum foſſile et nativum. Sparkalck.

Kroppenſtede oppidum nonnihil removetur a Boda ad Hackelum montem. Kroppenſtedt, Stadt.

Kochſtede oppidulum in valle profunda ſubſidens. Kochſtedt, Städtlein.

Schneitlingen, caſtrum. Schneitlingen, Hauß.

Familiæ nobilium sunt illorum:

Adel. De Wenden, Schirstedt, Buste, Schlannewitz, Derstädt.

Bode, Wasser. *Boda* fluvius scaturit in monticulis anterioris Hercyniæ in milliari Germanico supra Quedlinburgum. Locus fontis dicitur Convallis, zum Thal.

Duplex ejus est appellatio priusquam ex salebrosis et petrosis montibus in subjectam planitiem deturbatur. Aliis enim Rapbode, aliis Kaltebode nuncupatur. Cursum suum ex Hercyniis recta ab Austro ad Hackelum montem in Boream dirigit. Inde ex Oriente in Occasum circumlambit ipsius montis radices, reflexusque rursus in Ortum atque receptis Holtemma, Soelcke, Wippera fluminibus cum aliis multis rivulis in Salam defertur ad mœnia Novi Castri monachorum. Mönnichen-Nienburg.

Piscibus abundat ac permeabilis est, excepto quando imbribus effusis et nivibus solutis intumescit. Tunc enim sine periculo vadari non potest.

Celebre nomen habet ab antiquo, quia cum Hackelo monte ad Aquilonem limitalis terminus utriusque Episcopatus constituitur, inde usque a primis fundationis annis.

CAPVT VIII.

III. Inter Bodam et Holtemmam amnes.

Holtemme. Holtemmæ scaturigo est sub monte in Hercyniis Holtemmeberg dicto. Unde Wernigerodam perluens et Derenburg Halberstadium alluit, ac mox inter Nienhagen et Crottorff cum Boda confluit.

In hoc tractu in sinistra Bodæ et dextra Holtemmæ descendentis reperies:

Weverlingen. Weverlingen, oppidulum cum castro.

Langenstein. Langenstein, castrum.

Derne-

Derneburg oppidulum cum castro. Derenburg.
Monasterium ad S. Johannem extra mœnia Halberstadt. Kloster zu S. Johannes.
Nienhagen, castrum. Nienhagen.
Kloster Gröningen, monasterium. Kloster Gröningen.

Familiæ nobilium sunt:

De Alvensleben, Veltheim, Hoim et Bornstedte. Adel.

Ager est fertilis omnis generis frumentorum, et sine sylvis planus. Alioquin lapidicinæ, horti et vineta quam cultissima.

CAPVT IX.

IV. Inter Holtemmam Bodam et Ocream sive Obracum fluvios et limitem Borealem.

Hæc pars cæteras spatii amplitudine antecellit, comprehensa Boda ab Oriente, Holtemma a meridie, ab Occasu Obacro fluminibus; versus Septentrionem territoria Hötensleve et Sommerschenburg, quæ ditionis sunt Magdeburgicæ, adjacent.

In hoc tractu mons est, longitudine capiens milliaria quatuor, latitudinis duo. Der Huiberg.

Initium habet a confluente Bodæ et Holtemmæ ab ortu, et finitur in Occasum ad Ilse flumen.

Tres ejus partes, singulæ suum nomen habent. Ubi orientem solem respicit, et editior est, appellatur *Hui*, sylvis procerarum arborum, partim quoque virgultis rarioribus et humilioribus refertus, Lapidicina, e qua Ecclesia Cathedralis Halberstadii exstructa est, duabus speculis lapideis et monasterio *Huiseborg* insignis. *Hui* in drey Theile getheilet. I. *Hui* et *Hugel* a jugo montis forte dicta. *Huiseborg*, Kloster.

Ea pars sensim et leniter descendens a Badensleve ad castrum Hessen planitiem efficit declivem, et nonnihil subsidentem mediocri spatio. Ibi rursus sese attollens ex profunda valle, quæ vulgo

Kossenthal dicitur, pars altera usque ad pagum Rode, nuncupatur Falstein major, tota est nemorosa. Inde exiguo agro discissus sequitur tertia pars Falstein minor dicta, etiam densissimis sylvis cooperta. Utrimque per præcipitia descendens, mons ille in certos campos et prata discernitur, et frequentes fontes habet. Unde rivuli aliquot orti, per planities illas tandem labuntur in Holtemmam, Bodam, Ilsam et palustria Oscherslebica.

II. Grosse Falstein.

III. Lütke Falstein.

Schwanebeck. In aditu a confluente Bodæ et Holtemmæ ex Oriente eunti est oppidum Schwanebeck cum castro diruto.

S. Burchards Kloster. In latere meridionali ad S. Burchardum Monasterium.

Quenstedt. Quenstedt sedes Templariorum.

Czilli. Czilli castrum.

Darsen. Darsen castrum.

Derdessen. Derdessen oppidulum.

Osterwieck. Postremo Osterwieck oppidum ex præcipuis civitatibus unum. Illud perlabitur Ilsa fluvius. Ulterius ad Obacrum amnem est Wulpingerode castrum.

Wulpingerode.

Stötterlingburg. Stötterlingburg monasterium virginum.

Abenrode. Abenrode monasterium ad Hercyniam recedit.

Ilsenburg. Ilsenburg monasterium in ipsis radicibus excelsi montis Bructerorum, ab officinis ferrariis celebre.

Familiæ nobilium.

Adel. Gutstedt, Borchtorp, Weverlinge, Wrampen, Rottorff, Rößingen.

Hac parte ager feracissimus est Croci, raparum rubrarum, siserum et brassicæ capitatæ. Horti amœni et fructus suavissimi saporis.

Ocker. *Obacer* fluvius ex Hercyniis prodiens Goslariam et vicina permensus inter Episcopatum Halberstatensem et Ducatum Brunsuicensem limitalis terminus factus Brunsuicum urbem accurrit.

Ilsa vero ex iisdem Hercyniis fluvius a fonte suo per gelidas et excelsas montes, per angustas et scabrosas convalles ingenti stridore descendens primo omnium monasterium Ilseburg allabitur, cui et nomen dedit, ubi ad liquatorias et ferrarias elaborandi formandique æris, ac emolliendi ferri, ac extenuandi ducendique radii officinas suo impetu et rapiditate rotas circumagens, recta ad Boream fertur usque ad Ostervicum, ibi Occasum petens rursus reflectitur in Septentrionem, et Obacro miscetur prope Horneburg. Ilse. Apud *Platonem* in Phædro fit mentio amnis Ilissi. Schmeltzhütten und Drathütten.

In latere Boreali montis hujus præter agros spatiosissimos et feracissimos, quorum pagi aufm Thie dicuntur siti, planities quædam est paludinosa ad Oschersleben ad Obacrum ultra Homeborg oppidum porrecta in milliaribus quatuor. Ab ejus parte utraque sunt: Omnis ager pascuosus dicitur aufm Thie. Oschersleblische Brock.

Oscherslebium oppidum et castrum. Oschersleben.
Emeringen et castrum. Emeringen.
Hamersleben monasterium Canonicorum regularium. Hamersleben.
Nienburg. Nienburg.
Schlanstedt castrum. Schlanstedt.

Familiæ nobilium. Adel.

De Asseburg, Bornstedt, Beier, Veltheim, Buckenau, Krevethe, Horneburg, Randov, Wulffen, Rußleben.

Huc pertinet sylva Brandenslevica. Brandenslebische Holtz.

Extra hos terminos Episcopatus territorium quoddam habet suæ ditionis Wevelinge. In eo est Canonia quædam Walbeck. Ista regio est montosa et circa Walbeck fodina est calcis. Paret vero nobilibus de Marenholtz. Amt Wevelingen. Thumrei Walbeck.

Hæc aliquanto latius explicabimus seorsim singula in suis locis.

CA-

CAPVT X.

Admonitio ad incolas harum terrarum felicissimarum.

Deuter. 8.

Sed quoniam Deus rerum omnium creator, sustentator et gubernator, his regionibus illa peculiaria, ut alia infinita taceam, dona concesserit, videlicet admirandam quandam agrorum frumentariorum fertilitatem, et largifluos aliquot eosque inexhaustos salis fontes, res utpote ad hominum vitam maxime necessarias: igitur excutiamus animis nostris innatam illam humani ingenii cœcitatem, seu potius obstinatam malitiam, qua Dei beneficia ingrati non agnoscimus, sed quasi nauseabundi cum fastu quodam contemnimus et aspernamur ac in horum donorum agnitione et vitæ innocentia gratos nos Deo exhibeamus.

Quae sit terra promissa, lacte et melle redundans seu fluens. Deuter. 6.

Deuter. 2. et 9. cap.

Levitic. 18.

Quemadmodum enim Deus voluit populum Israelem a se introductum e deserto in terram lacte et melle fluentem (hoc est, ut Moyses explicat, terram fœcundam rivulis, aquis et fontibus irriguam, in cujus campis et montibus erumpebant fluviorum abyssi, quæ erat frumenti hordeique ferax, in qua ficus et malogranata nascebantur, olivetis et vineris consita, ubi absque ulla penuria comedebant panem suum, et rerum omnium abundantia perfruebantur, cujus lapides ferrum sunt, et de ejus montibus metalla fodiebantur, ubi civitates magnæ et optimæ, quas non ædificaverant, domus multarum opum, quas non exstruxerant. Breviter terram, quæ longe præstantior est ipsa Aegypto, unde egressi fuerant, cujus tellure non alia erat benignior, nec ager feracior in universo terrarum orbe, si *Plinio* credimus.) ut, inquam, Deus voluit populum Israelem vera animi pietate ac vitæ integritate hoc beneficium perpetuo agnoscere et celebrare: ita decet et nos, qui has terras tot præstantium donorum nomine felicissimas incolimus, benefactoris et creatoris nostri laudes celebrare, et pro acceptis beneficiis nunquam non pietatis memores gratias agere. Quod si secus fecerimus,

non

non minorem loco benedictionis experiemur maledictionem, quam Cananæi et illorum successores Israelitæ, quos propter Idololatriam, varias libidines, injustitiam atque impœnitentiam omni genere calamitatum, ærumnarum atque maledictionum multipliciter exercitos Deus tandem emissis crabronibus et scarabæis inde exturbavit, et vomitu, ut Scriptura loquitur, ejecit, aliis concedens terram illorum.

Deuter. 28. Levitic. 20. Exod. 23. Jerem. Daniel 1.

CAPVT XI.

De Lingua Germanica in genere.

Quia vero explicavimus, quot populi diversi ex *Japeti* filii *Nohæ* posteris has olim regiones inhabitarint, priusquam Saxonum imperio, legibus ac institutis eæ fuerint subditæ. Deinde quoque locorum situs et terræ qualitatem strictim quasi conspiciendam proposuimus cursimque perstrinximus: proximum erit veterum Germanorum atque adeo majorum nostrorum mores, ritus et vivendi rationem eodem compendio, quo superiora, recensere. Nam et hoc patriæ antiquitatum studioso non modo erit jucundum cognoscere, verum etiam valde utile. Ex linguæ etenim, armorum, habitus corporis, religionis et civilium institutorum similitudine vel maxime apparebit, non recte Saxones a reliquis Germanorum populis separari, ac quasi indigenæ essent, de origine eorum dubitari. Unde necesse fuerit eos e Macedonia seu Britannia seu Scandinavia, aut nescio quibus insulis Utopianis deducere. Sed de lingua primum.

Germanica lingua a scriptoribus latinis et græcis Gotthica appellari solita fuit a Gotthis Germanis, qui propter continentia bella cum Romanis et Græcis nobilissimi erant. Horum Gotthorum reliquiæ in Transsylvania. In montanis Tauricæ Chersonesi ad Bos-

phorum non procul a Constantinopoli et in Asia versus septentrionem prope Armeniam, domi inter sese gentilitia h. e. Germanica, Saxonum idiomati fere simili: foris autem et ad alios vel græca vel Tartarica sive Ungarica utuntur lingua, ut ex historia *Friderici Barbarossæ* Imperatoris et ex quadam *Pirckeimeri* Norimbergensis narratione manifestum est.

De situ et moribus Germanor.

Gallica eadem interdum vocatur propter Germanos, qui Trans-Rhenanas regiones inhabitantes Romanis vicini erant, etsi *Tacitus* separare Gallicam a Germanica videatur. Gallicæ veteris linguæ vestigia apud Helvetios et Belgas adhuc hærent.

Steph. Bizantin. de urbibus. *Marcel.* lib. 15. *Tacitus* de situ et moribus Germanor. *Athenæus* in Dipnos. *Appianus* in Illyrico. *Pausanias* in Phocide. *Tritenheimius* in Francor. Annal. *Cæsar.* lib. 1. et 6. belli Gallici. *Tacitus* de situ et morib. Germanor. *Philost.* in vita Phavorini.

Corrupta vero et depravata est Germanorum lingua ex admixtione aliarum linguarum. Primum Ebraicæ linguæ, a qua derivata quædam et corrupta vocabula plurima habet, vel quia sumus posteri Nohæ, igitur et linguæ primordia inde derivamus, vel quia a Judæis, cum quibus veteres Germani hic mixtim habitarunt, novæ linguæ rudimenta hauserunt gentilique suæ miscuerunt. Deinde ex commixtione Græcæ linguæ, quod contigit, sive ex Phocensium in Gallias Celtasque navigatione: sive Doriensium Pæonisque in Illyricum, Herculis, Ulissis et Cadmi Illyrici in Germaniam migratione: sive ex reditu denique Galatharum ex Græcia, ubi in ista lingua tantos progressus fecerunt, ut Kydiæ Græcorum a se occiso Imperatori Epithaphium Græcum posuerint in templo Jovis Eleutherii. Ejus quoque tantus usus fuit in Germania et Gallia ante Romanorum imperium, ut et in sacris, et in rebus ac monumentis publicis privatisque rationibus, non nisi Græca uterentur lingua, et vernaculum sermonem pingerent literis Græcis et characteribus. Ad hæc in Græciam juxta leges quosdam delegabant discendarum litterarum linguæque gratia. Talis cujusdam vel Philosophi vel sacerdotis Galli græce doctissimi *Lucanus* meminit. Sunt, qui a Galathis literas græcas primum inventas Græciæque illatas asserant. Vocabula Teutonica græcam originem referen-

referentia collegit *Johannes Dalburgius*, *Sigismundus Gelenius* et multi alii.

Poſtremo ſumta ſunt ex latina lingua non pauca, cum videlicet inter Romanos militarent, et deinde victi ab iis paullatim cœpiſſent ſermonem et jura legionum cohabitantium uſurpare. Non enim apud victorem et magiſtratus in provinciis alia lingua quam Romana loqui vel agere quicquam licebat, ſic ſcilicet *Roma* orbis domina ſeu regina ſimul et imperii et ſuæ linguæ uſum domitis gentibus impoſuit.

Porro diverſis litterarum figuris et formis tandem Germani ſuum ſermonem ſcribere cœperunt. Circa natum Chriſtum græcis litteris uſi ſunt, ut ex *Cæſare* et *Tacito* apparet. Poſtea Gothicis vel Longobardicis, quæ Græcis characteribus perquam ſimiles erant, ſuas rationes confecerunt atque res notarunt. Ejus litteraturæ diploma a *Carolo Magno* datum, latino ſermone tamen ſcriptum, ſervari Ratisbonæ *Aventinus* ſcribit. lib. 1. Annal.

Litteræ Gotthicæ et veterum Francorum ita exaratæ reperiuntur in *Tritenheimio* Abbate, ut infra. Mox latinis litteris pingere didicere, id quod *Carolum Magnum* feciſſe *Stumpfius* ait. *Aventinus* vero poſt *Friderici ſecundi*, Imperatoris Romani, tempora factum eſſe docet. Verum tanta Germanicæ linguæ barbaries atque mutatio facta fuit ex admixtione externarum linguarum, adeoque imperfecta ejus ſcriptura propter bellorum injurias et multarum diverſarum gentium in hac regione graſſationes, præcipue vero propter neglectum litterarum et hiſtoriarum cultum, ut *Carolus Magnus* patrii ſermonis Grammaticam ſcribendo eam a ſolœciſmis et barbariſmis vindicatam, ſuo quodam nitore et ornatu expolire conatus ſit.

lib. 6. Pol.
lib. 2. cap. 2. Chronic. Helvetici.
lib. 1. Annal.

Tritenheimius de scriptorib. ecclesiast.

Cujus exemplum imitatus Monachus quidam Wissenburgensis *Otfridus* eam quidem ad regulas Grammaticales reduxit, sed ita ipsemet et Germanus et alioqui vir eximie doctus quatuor Evangelistas Novi Testamenti in patriam linguam transtulit, ut nec legi nec intelligi possint etiam ab homine quantumcunque Teutonicæ linguæ perito.

Hinc accidit, ut aliquot etiam post seculis ad annum Christi 1300. usque contractus, causæ forenses omnes, instrumenta, diplomata Imperatorum, privilegia Episcoporum vel nobilium et Principum, it. epistolæ magistratuum in oppidis et privatorum hominum latine scriberentur. Tales libri actionum forensium latine scripti asservantur in oppidis Agendico ad Albim supra Magdeburgum et in Borg infra Magdeburgum. Reliquorum scriptorum latinorum magna copia est in omnibus archivis seu clausuris, ut vocant, horum Episcopatuum.

Postea vero demum Germanici sermonis scribendi ratio in usum publice in judiciis et contractibus recepta fuit sub *Carolo IV.* Imperatore, cum id antea in Comitiis Norimbergensibus Anno 1273. Imper. *Rudolphus* publico edicto mandasset, licet in Anhaltino Principatu ad Salam Vandalica lingua in judiciis egerint ad Annum 1327. usque.

Et quanquam Principes, Magistratus oppidorum ac homines privati cujuscunque conditionis ab eo tempore sua Epistolia sermone vernaculo seu idiomate scripserunt, tamen diu consuetudo obtinuit, ut in inscriptionibus et subscriptionibus Epistolarum Romana lingua uterentur, additis quoque his verbis: *Sub Sigillo seu Secreto nostro*, omissa sc. indicatione temporis et loci. Annum et diem pauci notarunt interdum.

C. *Augustus* Imper. Romanus cœpit quidem Indictiones numerare, annorum tributa significantes. Et *Constantinus Magnus* postea primus jussit Acta et Tempora per Indictiones notari Anno Christi 313. Sed tandem *Carolus II.* seu *Crassus* Imperator circa Annum Christi 880. in libellis et diplomatibus primus addidit annos Christi, quod etiam a sequentibus Imperatoribus diligenter observatum videmus. Soli *Romani* Pontifices hac introducta consuetudine abstinent in hunc usque diem, tantum annos Pontificatus sui ponentes, ad imitationem veterum Imperatorum Romanorum, Ducum ac Ephororum Græcorum et consulum urbis Romæ ante natum Christum.

Atqui Episcopi nostri veteres, et Christi et Pontificatus sui annos olim addebant, jam alia est ratio.

Quæ autem inde usque ab *Othonum* Imperatorum temporibus fuerit latinarum linguarum figura non adeo inelegans, et contra quanta inconcinnitas germanici sermonis nostri, donec beneficio meliorum studiorum politioribus litteris pingere, nostrates quæque, et dicendi genere elegantiori seu splendidiori uti didicerint, lectori ignaro antiquitatis ex subjectis Alphabetis perspicuum erit.

Prisca et obsoleta verba tam latina quam Francica seu Saxonica, quæ in veteribus diplomatibus reperies transsumta ex legibus veterum Germanorum, explicantur partim a *Wolffgango Lazio*, *D. Jacobo Spigelio*, et in peculiari remissorio juribus Saxonicis adjuncto, partim Delio notatore aut Oedipo aliquo conjectore opus habebit, qui ea expiscari volet.

Leges editæ ab *Johanne Herold.* *Lazius*, libr. 3. de migratione gent. *Spigelius* in Lexico Juris.

Præterea quemadmodum aliarum gentium seu nationum omnium linguæ suas quasdam sive in singulis, sive in pluribus verbis proprietates habent, quibus a communi loquendi ratione dif-

ferunt, idiomata vel dialectos Græci vocant, inter quas tamen alia aliis purior est et elegantior. Nam Attica olim, hodie vero Peloponnensis dialectus apud Græcos præfertur cæteris. In Hispaniis Castellana. In Galliis Parisiensis et Aureliana. Inter Sclavos Bohemica. Apud Belgas Flandrica cultior existimatur: Ita una eademque lingua quidem est Suevis, Bavaris, Francis, Thuringis, Misnensibus, et Saxonibus. Verum singuli horum suos habent Idiotismos, quibus a communi sermone differunt. Inter quos omnium assensu et comprobatione præ cæteris homines Misnenses pure et eleganter, cum mirifica quadam gravitate conjuncta cum comitate, seu vere Attica gratia loquuntur.

CAPVT XII.

De peculiari Idiomate linguæ in his Diœcesibus.

In his Diœcesibus et vicina Marchia, Saxonico quidem utimur idiomate, sed plurimum nunc discrepante a cæterorum incondita et barbarica illa pronunciatione in locis Occidentalioribus et Septentrionalioribus usitata, a qua tamen non longe recedit plebejorum et rusticorum incultus sermo, quo et majores nostros usos fuisse litteraria testantur monumenta, sed nostri sic rure loquuntur, inquit *Virgilius*. Qui vero extrema loca possident, finitimorum linguæ se accommodant. Sic circa Alarim et Obacrum fluvios et palustria Oschersleveнsia colentes in sermone, ut in plerisque rebus aliis, plurimum commercii habent cum Brunsuicanis, vulgus excipio, quod semper quiddam horrendæ barbariei confine, tanquam sibi proprium, retinet.

Inter

Inter Marchiacos et noſtrates de lingua haud facile internoſces, niſi quod in rerum nomenclatura et appellationibus non nihil variemus.

Circa Anhaltinos ultra Albim genuina Flamingorum lingua utrimque uſurpatur.

Ad Bodam et in præfectura Calvienſi coloni, quemadmodum etiam Berneburgenſes et Barbejenſes multum quidem affinitatis cum Saxonibus et Miſnicis, ſed plus tamen cum utrisque diverſitatis habent.

In regione Salingorum hujus Epiſcopatus Myſorum lingua paſſim viget, cum haud longe ſupra noſtrum ævum Saxonica ibidem principatum obtinuerit. Cives enim aliquot Halenſes γεγηραμένοι καὶ ἀξιόπιστοι ſæpe affirmarunt, ſua ætate et memoria primum Misnicam in iſta loca introductam, ipſi pure Saxonice loquentes.

Quod equidem accidiſſe opinor, poſtquam rerum ſummam in Cancellaria commiſſam habuerunt conſiliarii et ſcribæ, qui erant Germanicæ ſuperioris linguæ, et ſectabantur aulam veterum Archiepiſcoporum, *Güntheri* Schwartzenburgiaci, *Friderici Bichlingii*, *Joannis* Bavari et *Erneſti* Marchionis Misniæ. Hi namque in domeſticam conſuetudinem et aulam cooptabant, præfecturis pariter et privatis publicisque ſive officiis ſive actionibus atque legationibus adhibebant plerumque ſuæ nationis et linguæ homines, moribus namque humanioribus et loquela elegantiori præſtantes.

Aulicorum mores et ſermonem acceptantes noſtri, paullatim barbariem Saxonicam cœperunt averſari.

Acce-

Accedit huc, quod in vicinis Academiis Lipſica et Wittebergenſi cum ſtudiis politioribus ſimul Miſnicam linguam (*Luthero* potiſſimum autore) addiſcerent ſtudioſi adoleſcentes, qui deinde aſſumti ad Reipublicæ, Eccleſiæ et ſcholarum functiones in his locis domeſtica antiquata, novam illam introduxere linguam, quæ nunc etiam in urbe Magdeburgenſi uſu adeo invaluit, ac temporis progreſſu tantum roboris collegit ut et litterati et peregrinationibus nonnihil exculti cives, non ſine ſumma difficultate Saxonice ſcribant et loquantur ipſi, ac publice privatimque dicentes ingenti cum faſtidio audiant.

Sic a primis usque vitæ et linguæ rudimentis in ſcholis et Eccleſiis adventitiam illam nobis genuinam pene facimus, vernacula interim faſtidita et in deſuetudinem paullatim abeunte.

CAPVT

CAPVT XIII.

De variis notis et characteribus literarum in ſcriptionibus et monumentis veteribus.

Ut autem priſcae litteraturae minime gnarus videat lector, quibus littterarum formis diuerſis, quamque dictionis genere inurbano poſteritati in publicis ſcriptis quaeque maiores noſtri tradiderint, ſeu negotia ſua priuatim transegerint, hæc ex autographis ipſis γϱαφικῶς expreſſa ſubiicere placuit.

Alphabetum Gothorum ex lib. I. cap. 36. hiſto. gentium ſeptentrionalium Olai Magni Upſalenſis.




Alphabetum Francorum: quod Doracus quidam inuenit, Tritenheimius libr. 6. Polygraphiae.



His characteribus conſcripſit patrio ſermone ſeu francico res geſtas Francorum libris XVIII. Waſthaldus.

Alphabetum veterum Francorum.

Tritenheimius lib. 6. polygraphiae.




Alpha-

Alphabetum Otfridi Monachi ex eodem libro *Tritenheimii*.

a b c d e f g h i k l

m n o p q r ſ t v x

y z w



His typis et litterarum formis Otfridus Monachus 4 Evangelia in francicam linguam translata deſcripſit tempore *Ludovici Pii* Imper. An. Chriſti 870.

Characteres ex Diplomatibus *Otthonis Magni* Imp. Romani.

a a a b

k l m m n o p q r ſ s t

t u u w x y z



In nomine sanctae et
indiuiduae trini-

tatis Otto diuina fauente clementia rex.
Nouerint omnes nostri presentes scilicet et futuri,
qualiter nos ob amorem Dei omniumque sanctorum etc.
Et ut hoc nostrae traditionis authoritas plena
uigeat firmitate iussimus Hoc preceptum conscribi
per quod sanximus. etc: Data anno dominicae
incarnationis. D.CCCCXXXIII

Wir

Wie Rathmanne vnd Burger tu halle arm vnd rick algemeine. Bekennen openlicke an dißeme Jegenwerdigen briue. Dat wie tu werdigkeit vnd tu loue der Muder Marien den geistlichen Luden des Convents der Marien Bruder, die dar saten vor dem Galg Dore willechlicken gegunt hebben, vnd sie begnadiget hebben. Dat sie schollen buwen ein Closter in unser stadt, vp der stede de Jechtes wenne Hagedornes was, deme Gott gnädig sie, dar scholle wir nicht anehindern, noch niemand van vnsern wegen. Were ock, dat sie umb die sacke, dat sie buwen in unser Stadt, Jcht anesuchten worden von geistlicher Gewalt, dar schal unse Stadt vnbeworren mede sie, sondern sie schollet dat entwerren vnd sick deßulven vorstan vp ohre egene Kost vnd pennige. Vp ein openbar orkunde dißer Dinge, dat de mit Vulbort vnd willen vnser Stadt gemeine geschin sie, So hebbe wie vnsere Stadt Insegeln an dißen brif gehangen, Na Gottes gebort dusent Jar dreihundert Jar. In dem negen und drittigesten Jare in dem Heren pingest auende.

Sechsische sprache gemein zu halle. — Marien Bruder Convent. — vnbeworren entwerren sich desselben vorstan. — Ao. 1339.

Reverendisso in Xpo pri et dno, dno N. Ste Magd. Ecclesie Archepo dno meo gra.

Abbreviatur im Titel.

Myn vndirthenigste stete willighe dienst zuuor Erwerdigste liebe gnedige here; Ich thu uwirn gnaden zu wißen, das dye N. uwir vnd uwirs gotißhuß vygend ist, Vnd min here Graue hans ist gewarnet, daß die N. durich der willen auch uwir vnd uwirs gottißhuß rigend werden wollen, doch so en habin sy von Gottes gnadin, vch noch nicht grozzen schaden getan, sunder vor N. habin sy genommen drey Mandel kuwe in den gekirchen zu N. Und zu N, habin sy gebrandt vnd vordinget. Darumme liebe gnedige here were uwirm gottißhuß wol not, wen ir uwir gescheffte geant hettet, daz ir vch denne deste svrer forderet in uwir Landt, daz ir denne bestelle muchtet, wes vch vnd uwirm gottißhuß not w'e, wenne lieber he' dye von N. werden ouch vaste angegriffen vnd beschediget

vordinget. geant.

diget von den hern, meynen hern von N, den von N, den von N, den von N, vnd minen hern N. Den were ouch wol not, daz vwir gnade schir zu Lande keme, suzzint street iz von Gottis gnadin noch woll in uwerim lande. Ouch liebe gnedige here uwirm gnaden ist ein processor in vwir kirche zu Meydbr ledig geworden von hu N, des sende ich vch Hinricum Dißi kein wertigin, der min geborne frund vnd mag ist; Bitte Jch uwir gnade gnediger her, daz ir den durch Gott darmede belihen vnd begnaden wollit, daz er gote mit mir innigliche vor vch bitten moge, Wen an uwir gnade liebe here, en kan Jch ym nicht gehelffe, daz er zu eynir libnarunge komme. Gott vriste vwere gnade lange vrisch und gesunt, Vnd waz mir vwir gnade gebeut, daz thue ich gerne zu allen gezyten. Gebin zu Meydbr an sant Valentini tag vndir mynen signet.

frund und mag. durch Gott.

V. P. huilis,

et denot. J. N. de W.

Titulus prolixior, in quo tamen omissum erat nomen et terræ hereditariæ.

Revendissio in Xpo pri ac Jllustrissio pncipi et dno, dno archipuli Magd. Totiusque German. primati suo dno grosissimo putet 2 png.

Ihesus.

Mynen undertanyen dynst zunvor allzit Ehrwürdigester gnedier lieber Her'r ewr gnade will wyßen, das ich bin vnderrichtet. We das ewr gnade well czyen in das land zu J, und alz man hier meinlich sacket, so is do pestilencie yn Myßen vnd darby vmelangk, hierume vff das ewr gnade daz zu wißter sy, so willet ir wißzu, we das ewr gnade nicht bedunghe Jn dornßn stuben oder engen beschlosse kammern holde vor alle dingk als veh dan auch her Bernhardus bas soll sagen, wen ich is schreiben kan, deme ich genzlich vnder-

Wie sich ein furst zur pestilenzien Zeit verhalten soll.

vnderwiset habe, vnd auch ander sachge de trefflich ist und mercklich, dar ich nicht von schreibe itzundt, den ich bitte ewr gnade, das ir euch wollet dornach richten, wen vele falsche p pheten itzund laufflich sic ut loquar in parabol; darumb spricht der Wise: Superabundans cautela non est inutilis.

Vort mer das ewr gnade das zu sichger sy mit Gottes hulffe, so ist min Radt, das ir laßet pillen machen vff dise Wyse, nemen Tubeben ein quentyn Muscatenblumen, schaff von eynie nuwen reinen Hertzhoren. Igliche ein halb quentin, eine halbe Muscate de gut vnd vtherlesen ist. Dise ribe me all zu pulver, darnach neme man gut lackeritzensafft vß der Apotecken, das nicht alt sy vnd nicht vorbranth, das laes man zergehen im guten süße wyn, also vel is noeth sy, de pulvere zusamen machen, als ein teich, darvon mach man pillen, als de andern syn, alz erwese als auch woll hans Koch kan machen. Pillen im munde zu halten.

Deßer pillen soll ewr gnade alle morgen ij oder iij vffschlingen, wen ir wollet thedunge haben, vnd wen ir den yn den thedingl seit, so haldet allewege eine in dem munde, das habe Ich gemercket vff dise czyt gut syn euwer person mit Gotes hulfen, Ewr gnade laße woll zuseen was Hemele oder sulche tir man snyde zer kuchen, das is ist zu besorgen de pestilencie mer zu komen von sulga vngeschicke dan von andern dingen, alz ich noch ewr gnaden vff ein ander czyt will gentzlich declariren, mit dem munde bas wen mit schrifften, besundern vff tuscht. Thedinge. Was für Fleisch in die Kuchen. Woher die pestilenzische gift gemehret wird.

Dem Balsym Apphel soll ewr gnaden yo des morgens in der handt haben, De Dornßn sol man nicht heis heisen vff diese czit, ab is auch kelder wer als zis id noch fullich kommen wort. Das abeneßzen sy gerenge, so verre is syn mag an hunger. Balsymapfel. Stuben nicht zu heis. Abendessen.

Vergeßet yo nicht zu reinen den mundt mit wyne nach dem eßen, alz ich ewr gnaden habe gelart, ewr gnaden breche Jo ab das trincken lange nach eßen besundern dicke, als myn alder here pflag, dem Gott gnädig sey. Vele übeley davon kummet, als ich ewr Mund mit Wein reinigen nach dem Essen. Nach dem Essen nicht viel zu trincken.

Dicke. ewr gnaden dicke vnderwiset habe in den gezyten. Nicht mehr vff dise Zyt. Got sy mit ewr gnaden vnd den ewren allzit Amen.

Thomas vom Hertzhorn,
E. g. dyner D. Medicinæ.

Reverendiſſimo in Chro patri ac dno Frederico Scæ Magd. ecclæ Archiepo Germaniæ ꝓmati dno ſuo groſo.

gode pro gade. Truwen odmodigen denſt mit bede to gode Erwerdigeſte vater gnedige leve here, Gy hebben my witlick dan, dat de legate ſy to Praghe. Were gut dat gi woſten, oft he dar etlicke mercklicke tidt wolde bliuen. Wente ſchalde we van iuwer weghene by eme ſyn an den godlicken ſacken, dar gy mede bekummert ſin, de mochte vele leuer to Praghe ten vndeweſen, wen to Nurenbergk, vnde ock de beiden ſtede licke ver ſind van Halle. Ok de Proueſt van dem Nuenwercke mochte ſine ſacken vtrichten laten, in kord to Praghe, vnde went

Vnder ſiner koſt. he vnder ſiner koſt dar enen hen ſende, de ſulue mochte tho hand wedder komen, vnde Juwes werues ock en deel mede weruen, vnd Ju

Dreplicher bodeſcaep. wedder ſchriuen, worhe kortlicken weſen wolde, dar gy dreplicher bodeſcaep mochten bi eme hebben, oft des noed were. Doch ſcholde allickewol ock de Proueſt ſchicken mid zuwen breuen to ſynen prelaten to Windenſem vm̃e meer wißenheit willen, vnde van des Proueſtes weghene to Praghe to ſendene were lichte woll nutte her Johan N.

Beslotener nuttigkeit. dat drofte Jn nicht koſten, vnde hatte ok uele beslotener nuttigkeit an ſick de ik vppe deſe tid ſchwighe. (Jtem umme de ſako to der letz, wel Juwe Gnade my darbi hebben, ſo wil ik gerne komen na dem feſte an der erſten edder an der andern weke, wo ich kone dar to verdich werden.) Van dem leue here N. ſeligher wille gy minen rad horen. Gnedighe her, my dunket, dat meſter N. meſter an den Vrien

Vrien kunſten vnde baccalarieſzen der hilghen Schrift dar nutte to ſy
de van iungher ioghet heft ſik wol regeret, alſe ik vnderwiſet bin. Vnderwiſet
Wolde he auer des io nicht doen, ſo hore ik vk ſeghen, dat meſter pro vnderrich-
N. de Doctor an der arſedye de by Ju weſen heft, darwol bequeme tet.
to ſy, vnde up dat de dat weſen ſchall moghe ſik vyen laten an Welche Perſo-
dieſem Oſtern, ſo duncket my gud, dat Juwe gnade dat lene der en nen mit geiſtli-
edder enen betern kone gienen hebben. Wente werde he nunicht chen lehnen zu uorſehen.
twyet to Oſtern, ſo konde he juwer kerken nicht nutte werden vor ſun- gieven pro
te Michaelis Daghe, vnde dat were gans ſwarlik, Wente de ene geven.
Diaken de to dem altare denet heft lengk wen ein iar alle daghe alle- ſwarlik pro
lene to dem ammete weſen. ſchwerlich. lengk pro lenger.

Doch vppe dat de beſte, den gy hebben konnen, darto queme, ſo hebbe ik noch ene Wiſe dacht, dar ſcriue ik vom Her ſteffen Juren Cappelan de ſchal iu des vnderrichten. Wes ik Juwe gnaden denen kan, doik alle tidt gerne. Screuen to Meghedeborch des Midwekens vor Palmen vnder mynen inghesiegel. Anno dni IXX8. ann. 1448.

J. g. dener

Hinricus toke,

Theologiæ D.

Hæc epiſtolia Germanica hominum in præeminentioribus ſtatibus et conditionibus exiſtentium, omnia erant iis litterarum typis exarata, quos in ſubjecto Alphabeto per idoneum artificem curavi exactiſſima cura depingi. Eorum vero connexionem et ſeriem addere volui in adjuncta epiſtola.

a a a b c d e f f f g g h h h i k k l l l m
n o p p q r r z s s s s s t t v v w w e
e e z z.

A: dei gra Epus
Eccle Halbr

Unse vordernisse to vorn. leve here kan wi. wettit dessen inbesloten breff hebbet wus ghesant. wuse man, de I. des bidde we iuit. se gi ene woes peichlich wan rechtes weghene. dat gi en dat don. unde laten se wnshr bede des neten. dat is wus wol to danke. unde bidden des Juwe aut werde. Screuen undir usem secr.

Honorab viro dno h de w: ppto
Eccie Magdebr nobis sincere
dilco &c.

CAPVT

CAPVT XIV.

Notationes quædam de hac lingua.

Ideo vero hic veterum ſcripta inſerui, ut exemplis oſtenderem, quam diverſæ litterarum eæque ſimplices formæ tam in latina, quam vernacula noſtra lingua, qualisve barbaries in vocabulis et ruditas in dictionis genere fuerit, licet latina mox uſu cultior facta, et nitidius pingi cœpta eſt, poſtquam in Germanicis Academiis politiora ſtudia excitabantur, et in monaſteriis cœnobitæ ſcribendis libris operam dabant, arte impreſſoria necdum inventa. Gratulemur ergo nobis non tam ſcriptoriam artem multis ſeculis apud plerasque gentes uſitatam, quam impreſſoriam ſive typographicam tot retro annis ignoratam, nunc demum divino nutu oſtenſam atque repertam, cujus beneficio non ſolum miris modis litteraria res in omni genere diſciplinarum et facultatum aucta eſt: Verum etiam Eccleſiæ Chriſti doctrina repurgata in omnes linguas et nationes diffunditur atque propagatur. Nos etiam, qui aliquando cauſas publice acturi ſumus, aut ad Eccleſiam dicturi, ſuscipiamus aliquam ſaltem Saxonicæ linguæ excolendæ curam, et ad Miſnicam dicendi venuſtatem nos a primis ſtatim annis adſuefaciamus, præſertim cum id Mercurio, ut dicitur, felici non male ſuccedere apud noſtrates comperimus. Et in diſcenda ea illos ſtudioſe imitemur, qui proprie, eleganter et ſine affectatione ſcribunt et loquuntur Germanice. Bojarismos, Suaivismos et ſi qua alia eſt affectata ſeu barbarica grandiloquentia, relinquamus illis, qui ubi quid quemque maxime deceat et ornet, minime obſervant.

Deinde ſi in Cancellariis Principum et in Muſæis eruditiorum tam neglectus fuit ſtilus, quid exiſtimas vulgus ſcriptorum feciſſe? qui ſua quadam licentia, conſuetudine et vetuſtatis jure patrium ſermonem depravarunt.

Obſerves præterea, eos ſubſcriptiones et inſcriptiones latinas uſurpaſſe, nec admodum de anno et loco, ut vocant, Dati laboraſſe,

rasse, perinde ut neque de titulis prolixis. In quibus tamen cum omiserint terras hæreditarias seu ditiones, quibus imperarunt principes videlicet, pessime consuluerunt et suo nomini et hæredum suorum utilitati atque emolumento. Qua de negligentia vel potius fraudis nescia simplicitate, graviter aliquando conquestum fuisse Imperatorem *Maximilianum I.* ad *Fridericum* Saxoniæ Electorem hominum doctorum ejus ætatis litteris traditur.

Quanta enim inde secuta sit obscuritas in historiis et Genealogiis Principum, ac quomodo plerique hæredibus suis facultatum accessiones non mediocres impedierint, testantur omnes quotquot attentiuscule veterum scripta evolvunt.

Postremo de lingua has notationes existimavi adjungendas, ut ex communi lingua Saxones agnoscerentur gens non aliena a Germanicis populis. Quinimo Saxonicum idioma toti Germanicæ nationi videtur magis commune seu gentile fuisse, quam cæteræ ejus linguæ dialecti. De qua re suo loco institui posset tractatio, sed ea hic omissa de moribus veterum Germanorum nunc dicemus.

CAPVT XV.

De habitu, institutis et moribus veterum Germanorum et Saxonum.

De situ et moribus Germanor.

Quæ a latinis atque Græcis Chronographis seu historicis fuse sparsimque dicuntur, de civilibus ac bellicis institutis, de religione atque adeo tota vivendi ratione veterum Germanorum, ea *Cornelius Tacitus*, qui circa annum Christi 70. claruit, in peculiari libro cum omnibus circumstantiis brevi compendio complexus est. Ipsissima ejus verba hic primum subjiciam cum explicatione difficilium aliquot locorum, deinde qui nostratium hodie sint mores, quæ instituta et ritus, qualisque sit religio ostendam. Unde perspicuum fiet, quid in moribus vel fugiendum vel imitandum no-

bis

bis fuerit, qui ista legentes sciamus, nos tanquam majorum seu parentum nostrorum voce admoneri, ut honesta sua exempla imitemur, et avitam virtutem colamus, *Taciti* verba hæc:

I. Habitus hominum seu forma corporum veterum Germanorum.

Scribunt (inquit *Tacitus*) Germaniæ populos nullis aliis aliarum nationum connubiis infectos, propriam et sinceram, et tantum sui similem gentem exstitisse, arbitrantur. Unde habitus quoque corporum, quanquam in tanto numero idem, omnibus truces et cærulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora, et tantum ad impetum valida, laboris atque operum non eadem patientia, minimeque sitim æstumque tolerare, frigora ac inediam cœlo soloque assueverunt.

Miranda proceritas Germanorum.

Et mox: In omni domo nudi ac sordidi in hos artus, in hæc corpora, quæ miramur, excrescunt. Sua quemque mater uberibus alit, nec ancillis nec nutricibus delegantur.

EducatioGermanorum minime delicata aut splendida.

Idem paullo post: Sera juvenum Venus eoque inexhausta pubertas. Nec virgines festinantur, eadem juventa, similis proceritas, pares validique miscentur, ac robora parentum liberi referunt.

II. De habitatione.

Nullas Germanorum populis urbes habitari satis notum est, ne pati quidem inter se junctas sedes. Colunt discreti ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit. Vicos locant non in nostrum morem, connexis cohærentibusque ædificiis.

Nullæ urbes.

Suam quisque domum spatio circumdat, sive adversus casus ignis remedium, sive inscitia ædificandi.

Nec cementorum quidem apud illos, aut tegularum usus. Materia ad omnia utuntur informi, et citra speciem aut delectationem. Quædam loca diligentius illinunt terra ita pura ac splendente, ut picturam ac lineamenta colorum imitetur.

Cementum est omnis rudior materia, qua ædificia consurgunt, ut calx, lapides &c.

Solent et ſubterraneos ſpecus aperire, eosque multo inſuper fimo onerant, ſuffugiumque hyemi et receptaculum frugibus, quia rigorem frigorum ejusmodi locis molliunt.

III. De veſtitu Germanorum plane ſimplici ac ruſticano.

Ein Pelzmantel.

Tegumen omnibus ſagum fibula, aut, ſi deſit, ſpina conſertum. Cæterum intecti totos dies juxta focum atque ignem agunt. Locupletiſſimi veſte diſtinguuntur non fluitante, ſicut Sarmatæ ac Parthi, ſed ſtricta ſingulos artus exprimente. Gerunt et ferarum pelles proximi ripæ negligenter. Ulteriores exquiſitius, et quibus nullus per commercia cultus. Eligunt feras, et detracta velamina ſpargunt maculis pellibusque belluarum, quas exterior Oceanus atque ignotum mare (ſeu Sarmaticum atque Scythicum) gignit. Nec alius fœminis quam viris habitus, niſi quod fœminæ ſæpius lineis amictibus velantur, eosque purpura variant, partemque veſtitus ſuperioris in manicas non extendunt, nuda brachia ac lacertos, ſed et proxima pectoris patet.

Cultus virorum.

Cultus fœminarum.

IV. De cibo.

Cibi ſimplices, agreſtia poma, recens fera, aut lac concretum ſine apparatu, ſine blandimentis expellunt famem. Adverſus ſitim non eadem temperantia. Si indulſeris ebrietati, ſuggerendo quantum concupiſcant, haud minus facile vitiis quam armis vincentur.

V. De potu.

Potui humor ex hordeo aut frumento, in quandam ſimilitudinem vini corruptus, proximi ripæ (Rhenani populi) et vinum mercantur.

VI. De convictu et hoſpitalitate.

Germanorum hoſpitalitas.

Convictibus et hoſpitiis non alia gens effuſius indulget. Epulæ, convictus quanquam incomti, largi tamen apparatus pro ſtipendio cedunt. Quemcunque mortalium arcere tecto, nefas habetur.

Pro

Pro fortuna quisque apparatis epulis excipit. Quum defecerit, qui modo hoſpes fuerat, monſtrator hoſpitii et comes, proximam domum non invitati adeunt, nec intereſt, pari humanitate accipiunt.

Notum ignotumque, quantum ad jus hoſpitis, nemo diſcernit. Abeunti ſi quid popoſcerit, concedere moris et poſcendi invicem ea facilitas.

Gaudent muneribus, ſed nec data imputant, nec acceptis obligantur.

Victus inter hoſpites comis, ſtatim a ſomno, quem plerumque in diem extrahunt, lavantur ſæpius calida, ut apud quos plurimum hyems occupat, lauti cibum capiunt, ſeparatæ ſingulis ſedes et ſua cuique menſa. Ad Rhenum ſingulæ patinæ et fercula ſingulis apponuntur.

De pace belloque plerumque in conviviis conſultant, tanquam nullo magis tempore, aut ad ſimplices cogitationes patet animus, aut ad magnas incaleſcat. Gens non aſtuta nec callida, aperit adhuc ſecreta pectoris licentia joci. Ergo detecta et nuda omnium mens. Poſtera die tractatur, et ſolita utriusque ratio temporis. Germanorum conſultationes inter convivia.

Deliberant dum fingere neſciunt, conſtituunt dum errare non poſſunt.

Tum ad negotia nec minus ſæpe ac convivia procedunt armati, diem noctemque continuare potando nulli probrum.

Crebræ ut inter violentos rixæ, raro conviciis, ſæpius cæde et vulneribus tranſiguntur.

VII. De matrimonio.

Nullis aliis aliarum nationum connubiis infecti.

Sera juvenum Venus nec virgines feſtinantur. Pares validique miſcentur.

Severa illic matrimonia, nec ullam morum partem magis laudaveris. Nam prope ſoli barbarorum (extraneorum ſeu peregrinæ linguæ, et Romano Imperio non obſequentium) ſingulis uxoribus contenti ſunt, exceptis admodum paucis, qui non libidine, ſed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur. Matrimonia ſevera.

Do-

Dos maritalis.

Dotem non uxor marito, ſed uxori maritus affert. Interſunt parentes et propinqui, ac munera probant.

Munera non ad delicias muliebres quæſita, nec quibus nova nupta comatur, ſed boves et frenatum equum, et ſcutum cum framea gladioque. In hæc munera uxor accipitur, atque invicem ipſa armorum aliquid viro affert, hoc maximum vinculum, hæc arcana ſacra, hos conjugales deos arbitrantur, ne ſe mulier extra virtutum cogitationes, extra bellorum caſus putet. Ipſis incipientis matrimonii auſpiciis admonetur, venire ſe laborum periculorumque ſociam, idem in pace, idem in prælio paſſuram auſuramque, hoc juncti boves, hoc paratus equus.

Myſterium dotis.

Pudicitia. Spectacula conviviaque moribus noxia.

Ergo ſepta pudicitia agunt nulla ſpectaculorum illecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptæ.

Uno matrimonio atque marito fœminæ contentæ.

Melius quidem adhuc eæ civitates, in quibus tantum virgines nubunt, et cum ſpe votoque uxoris ſemel tranſigitur (matrimonium). Sic unum accipiunt maritum, quomodo unum corpus unamque vitam, ne ulla cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne tanquam maritum, ſed tanquam matrimonium ament.

Non proſcribebant numerum liberorum.

Numerum liberorum finire flagitium habetur, (tantiſper enim procreandis liberis operam dabant, donec natura fatigata ſua ſponte deſineret.)

Adulteria rara.

Pauciſſima in tam numeroſa gente adulteria.

Matres proprios alunt infantes.

Sua quemque mater uberibus alit, nec ancillis, nec nutricibus delegantur.

VIII. De Spectaculis.

Genus ſpectaculorum unum atque in omni cœtu idem. Nudi juvenes, quibus id ludicrum eſt, inter gladios ſe atque infeſtas frameas ſaltu jaciunt. Exercitatio artem parat, ars decorem, non in quæſtum tamen aut mercedem, quamvis audacis laſciviæ pretium eſt volupe ſpectantium (merces eorum eſt placere ſpectatoribus.)

Mulieres ſpectaculis aut conviviis non adhibitæ.

Nullis ſpectaculorum illecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptæ (fœminæ.)

IX. De

IX. *De Ludis.*

Aleam, quod mirere, ſobrii inter ſeria exercent, tanta lucrandi perdendive temeritate, ut cum omnia defecerunt, extremo ac noviſſimo jactu de libertate ac de corpore contendant, victus voluntariam ſervitutem adit, quamvis junior, quamvis robuſtior, alligare ſe ac venire (vendi) patitur. Ea eſt in re prava pervicacia, (libido vincendi) ipſi fidem vocant. Alea omnis generis ludum ſignificat, qui in fortunæ varietate conſiſtit.

Servos conditionis hujus per commercia tradunt, ut ſi quoque pudore victoriæ exolvant (permutant ſervos ludo acquiſitos pro mercibus.) *Eraſmus* in Chili. 1. cent. 4.

X. *Agricultura.*

Terra ſatis ferax, pecorum fœcunda. Agri pro numero cultorum ab univerſis per vicos occupantur, quos mox inter ſe ſecundum dignationem partiuntur, facultatem partiendi camporum ſpatia præſtant. Arva per annos mutant, et ſupereſt ager, nec enim cum ubertate et amplitudine ſoli laborare contendunt, ut pomaria conſerant, et prata ſeparent, et hortos rigent, ſola terræ ſeges imperatur. Unde annum quoque ipſum non in totidem digerunt ſpecies. Hyems et ver et æſtas intellectum ac vocabula habent. Autumni perinde nomen ac bona ignorantur. Annus veterum Germanorum in tres partes diviſus.

Quoties bella non ineunt, non multum venatibus, plus per otium tranſigunt, dediti ſomno ciboque.

Fortiſſimus quisque ac bellicoſiſſimus nihil agens, delegata domus et penatium et agrorum cura fœminis ſenibusque et infirmiſſimo cuique ex familia.

XI. *De Magiſtratu.*

Reges ex nobilitate. Duces ex virtute ſumunt. Nec regibus infinita ac libera poteſtas, et Duces exemplo potius quam imperio, ſi prompti, ſi perſpicui, ſi ante aciem agant, admiratione præſunt. Qui reges, qui duces eligantur.

Niſi ſacerdotibus permiſſum eſt vincire, animadvertere et verberare. Sacerdotum jus.

Equos pressos sacro curru sacerdos ac rex vel Princeps civitatis comitantur, hinnitus ac fremitus observant, se enim ministros deorum, illos conscios putant.

De minoribus rebus Principes consultant, de majoribus omnes, ita tamen ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud Principes pertractentur.

Electio Principum qualis. Principes eliguntur in conciliis, qui jura per pagos vicosque reddunt.

Centeni singulis ex plebe comites, consilium simul et auctoritas adsunt.

Gradus Comitatus. Gradus quin etiam ipse comitatus habet judicio ejus, quem sectantur. Magnaque et comitum æmulatio, qui primus apud Principem suum locus.

Et Principum, cui plurimi et acerrimi comites, hæc dignitas, hæ vires, magno semper electorum juvenum globo circumdari, in pace decus, in bello præsidium, nec solum in sua cuique gente, sed apud finitimas quoque civitates id nomen, ea gloria est, si numero et virtute comitatus emineat.

Turpe Principi virtute vinci, turpe comitatui virtutem Principis non æquare.

Mos est civitatibus ultro ac viritim conferre Principibus vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum, etiam necessitatibus subvenit.

In adsciscendis Principibus in conviviis consultant.

XII. De Conciliis.

In novilunio aut plenilunio Germanorum concilia. Nihil neque publicæ neque privatæ rei, nisi armati agunt. Cœunt, nisi quid fortuitum et subitum incidit, certis diebus, cum aut inchoatur luna aut impletur. Nam agendis rebus hoc auspicatissimum

tiſſimum initium credunt, nec dierum numerum, ut nos, ſed noctium computant. Noctes computantur Germanis, non dies.

Sic conſtituunt, ſic condicunt, nos ducere diem videtur.

Illud ex libertate vitium, quod non ſimul nec juſſi conveniunt, ſed et alter et tertius dies cunctatione coëuntium abſumitur.

Ut turbæ placuit, conſidunt armati. Silentium per ſacerdotes, quibus tum et coercendi jus eſt, imperatur. Mox rex vel princeps, prout ætas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia eſt, audiuntur, autoritate ſuadendi magis quam jubendi autoritate. Ordo in dicendis ſententiis.

Si diſplicet ſententia, fremitu aſpernantur, ſin placuit, frameas concutiunt.

Honoratiſſimum aſſenſus genus eſt armis laudare.

Licet apud concilium accuſare quoque, et diſcrimen capitis intendere.

In ipſo concilio vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus ſcuto frameaque juvenem ornant.

Hæc apud illos toga, hic primus juventæ honos, ante hoc pars domus videntur, mox reipublicæ. Juventutis germanicæ toga.

Cæteris robuſtioribus ac jam pridem probatis aggregantur, nec rubor inter comites aſpici.

XIII. *De legibus et pœnis delictorum.*

Litterarum ſecreta viri pariter ac fœminæ ignorant. Germani a litteris alieni.

Celebrant carminibus antiquis, quod unum eſt apud illos memoriæ ac annalium genus. Qui Annales Germanis.

Monumenta ac tumuli quidam græcis litteris inſcripti. Græcarum litterarum inſcriptio in monumentis Germanicis.

Jura per pagos vicosque reddunt Principes.

Plus ibi boni mores valent, quam alibi bonæ leges.

Nec illic vitia ridet, nec corrumpere nec corrumpi ſeculum vocatur (vitia excuſando vel connivendo nemo probat). Sororum filiis idem apud avunculum, qui ad patrem honor.

Quidam arctiorem sanctioremque hunc nexum sanguinis arbitrantur, et in accipiendis obsidibus magis exigunt, tanquam et ii animum firmius et domum latius teneant.

Hæreditatum gradus. Hæredes tamen successoresque sui cuique liberi et nullum testamentum.

Si liberi non sunt, proximus gradus in possessione fratres, patrui, avunculi.

Quanto plus propinquorum, quo major affinium numerus, tanto gratior senectus, nec ulla orbitatis pretia (nullus honor carentiæ liberorum).

Suscipere tam inimicitias seu patris seu propinqui quam amicitias necesse est, nec implacabiles durant.

Homicidiorum luitio. Luitur etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitque satisfactionem universa domus (familia et gens interfecti) utiliter in publicum, quia periculosiores sunt inimicitiæ juxta libertatem.

De reconciliatis invicem inimicitiis et jungendis affinitatibus, adsciscendis principibus, de pace denique ac bello plerumque in conviviis consultant.

Quemquam ex agnatis necare flagitium habetur.

Adulteria quomodo Germanis punita. Paucissima in tam numerosa gente adulteria, quorum pœna præsens et maritis permissa, accisis crinibus, nudatam coram propinquis, expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agitur.

Impudicarum contemtus. Publicatæ enim pudicitiæ nulla venia, non forma, non ætate, non opibus maritum invenit (nulla formæ elegantia ætate opibusque secundas inveniunt nuptias, contemtæ senescunt). Nemo enim illic vitia ridet, nec corrumpere nec corrumpi seculum vocatur.

Usura Germanis ignota. Fœnus agitare, et in usuras extendere, ignotum, ideoque magis servatur, quam si vetitum esset.

Diſtinctio pœnarum, proditores et transfugas arboribus ſuſpendunt. Diſtinctiones pœnarum.

Ignavos et imbelles et corpore infames cœno ac palude injecta inſuper crate mergunt.

Diverſitas ſupplicii illuc reſpicit, tanquam ſcelera oſtendi oporteat, dum puniuntur, flagitia abſcondi. Sed et levioribus delictis pro modo pœnarum, equorum pecorumque numero convicti mulctantur.

Pars mulctæ regi vel civitati, pars ipſi qui vindicatur vel propinquis ejus exſolvitur. Mulcta quibus cedat.

XIV. De *bellis.*

Arma ſumere non antea cuiquam moris, quam civitas ſuffecturum probarit. Tum enim in concilio vel Principum aliquis, vel frater vel propinquus ſcuto frameaque juvenem ornant, hæc apud illos toga, hic primus juventæ honos, ante hoc domus pars videntur, mox reipublicæ. Rudimenta juventutis Germanicæ ad primam militiam.

Inſignis nobilitas aut magna patrum merita. Principis dignationem etiam adoleſcentulis aſſignant.

Effigies et ſigna quædam detracta lucis in prælium ferunt.

De bello plerumque in conviviis conſultant.

Duces ex virtute ſumunt, qui exemplo potius quam imperio præſunt. Duces bellorum qui.

Herculem omnium virorum fortium principem ituri in prælia canunt. *Hercules* a Germanis decantatus.

Sunt et illis hæc quoque carmina, quorum relatu, quem *Barritum* vocant, ita accendunt animos, futuræque pugnæ fortunam ipſi cantu augurantur, terrent enim trepidantque, prout ſonuit acies, nec tam voces illæ, quam virtutis concentus videtur. *Barritus* Germanorum.

Affectatur præcipue aſperitas ſoni, et fractum murmur, objectis ad os ſcutis, quo plenior et gravior vox repercuſſa intumeſcat. *Tacitus* lib. 18. Annal.

Arma Germanicorum equitum et peditum.

Corpora ipſis ad impetum valida. Rari gladiis aut majoribus lanceis utuntur, haſtas vel ipſorum vocabulo frameas gerunt anguſto et brevi ferro, ſed ita acri et ad uſum habili, ut eodem telo, prout ratio poſcit, vel cominus vel eminus pugnent, et eques quidem ſcuto frameaque contentus eſt, pedites vero et miſſilia ſpargunt, plura ſinguli atque in immenſum vibrant, nudi aut ſagulo leves, nulla cultus jactatio. Scuta tantum lectiſſimis coloribus diſtinguunt, paucis loricæ, vix uni alterive caſſis aut galeæ.

Scuta qualia Germanis.

Equi Germanici quales.

Equi non forma, non velocitate conſpicui, ſed nec varietate gyros in morem noſtrum docentur. In rectum aut uno flexu dextros agunt, ita conjuncto orbe, ut nemo poſterior ſit.

Collatio equitis Germani ad peditem.

In univerſum æſtimanti, plus penes peditem roboris, eoque mixti præliantur, atque congruente ad equeſtrem pugnam velocitate peditum, quos ex omni juventute ante aciem locant delectos.

Definitur et numerus, centeni ex ſingulis pagis ſunt, idque ipſum inter ſuos vocantur, et quod primo numerus fuit, jam nomen et honor eſt.

Aciei inſtructio.

Acies per cuneos componitur, cedere loco, dummodo rurſus inſtes, conſilii quam formidinis arbitrantur.

Corpora ſuorum etiam in dubiis præliis referunt. Scutum reliquiſſe præcipuum flagitium, nec aut ſacris adeſſe, aut concilium inire ignominioſo fas, multique ſuperſtites bellorum infamiam laqueo finierunt.

Non caſus, nec conglobatio fortuna turmam aut cuneum facit, ſed familiæ et propinquitates, et in proximo pignora, unde ululatus fœminarum audiri, unde vagitus infantium, hi cuique ſanctiſſimi teſtes, hi maximi laudatores.

Ad matres, ad conjuges vulnera ferunt, nec illæ numerare, nec exigere plagas pavent, ciboſque et hortamina pugnantibus geſtant.

Mulierum Germanicarum virtus in excitandis

Memoriæ proditur, acies quaſdam inclinatas jam et labantes a fœminis reſtitutas conſtantia precum et objectu pectorum, et monſtrata cominus captivitate, quam longe impatientius fœminarum ſuarum

ſuarum nomine timent, adeo ut efficacius obligentur animi civitatum, quibus inter obſides puellæ quoque nubiles imperantur. maritorum animis in bellis.

Ineſſe quinetiam ſanctum aliquid, et providum putant, nec aut conſilia rerum aſpernantur, aut reſponſa negligunt. Vidimus ſub *Divo Veſpaſiano* Velledam diu apud etc.

Expetuntur legationibus et muneribus ornantur, et ipſa plerumque fama bella profligant.

Cum ventum eſt ad pugnam, turpe Principi virtute vinci, turpe comitatui virtutem Principis non æquare.

Jam vero infame in omnem vitam ac probroſum ſuperſtitem Principi ſuo ex acie receſſiſſe.

Illum defendere, tueri, ſua quoque fortia facta gloriæ aſſignare, Principum ſacramentum eſt.

Sacramentum Principum Germanicor.

Principes pro victoria pugnant, comites pro Principe.

Plerique nobilium adoleſcentium petunt ultro eas nationes, quæ aliquod bellum gerunt.

Materiæ munificentia per bella, per raptus, nec arare tantum aut exſpectare annum tam facile perſuaſeris, quam vocare hoſtes aut vulnera mereri.

Quoties bella non ineunt, non multum venationibus, plus per otium tranſigunt, dediti ſomno ciboque.

Oeconomiæ ratio apud Germanos in pace.

Fortiſſimus quisque ac bellicoſiſſimus nihil agens, delegata domus ac penatium et agrorum cura fœminis ſenibusque, et infirmiſſimo cuique ex familia.

Gaudent præcipue finitimarum gentium donis, quæ non modo a ſingulis ſed publice mittuntur.

Electi equi, magna arma, phaleræ torquesque jam et pecuniam accipere docuimus.

Epulæ convictus quanquam incomti, largi tamen apparatus pro ſtipendio cedunt.

XV. De

XV. De Servis.

Nullæ Germanorum educationis deliciæ.

Dominum ac ſervum nullis educationis deliciis dignoſcas, inter eadem pecora, in eadem humo degunt, donec ætas ſeparet ingenuos, virtus agno ſcatur.

Cæteris ſervis utuntur non in noſtrum morem deſcriptis per familiam miniſteriis (mos Romanis erat, ut quisque ſervorum uni ſoli domino ſerviret domi, præſcripta per familiam miniſteria atque officia curaret, ſervos cæteros, qui non alea, ſed bello aut jure civili parti ſunt, aut in ſervitute nati agris pecorique præficiebant). Suam quisque (ſervus) ſedem, ſuos penates regit.

Servorum officia.

Frumenti modum dans aut pecoris, aut veſtis, ut colono injungit, et ſervus hactenus paret (alea acquiſitus largitur domino penſionem ſeu modum pecoris). Cætera domus officia uxor et liberi exequuntur.

Verberare ſervum, aut vinculis et opere exercere rarum. Occidere ſolent non diſciplina et ſervitute, ſed impetu et ira ut inimicum, niſi quod impune eſt.

Libertorum apud Germanos conditio.

Liberti (ex ſervitute manumiſſi ac libertate damnati) non multum ſupra ſervos ſunt.

Raro aliquod momentum (exiſtimatio) in domo, nunquam in civitate, exceptis duntaxat iis gentibus, quæ regnantur (ſuos habent reges et imperia) ibi enim et ſuper ingenuos et ſuper nobiles aſcendunt. Apud cæteros impares libertini (ex manumiſſis procreati ingenui) libertatis argumentum ſunt.

Libertinorum ſtatus.

Delegata domus et penatium et agrorum cura fœminis ſenibusque et infirmiſſimo cuique ex familia.

XVI. De Religione.

Qui Dii Germanis culti?

Ara Ulyſſi conſecrata adjecto Laertæ patris nomine.

Deorum maxime Mercurium colunt, cui certis diebus humanis quoque hoſtiis litare fas habent.

Herculem ac *Martem* conceſſis animalibus placant. Pars Suevorum et Iſidi ſacrificat.

Cæterum

Cæterum nec adhibere parietibus deos, neque in ullam humani oris ſpeciem aſſimilare ex magnitudine cœleſtium arbitrantur.

Lucos ac nemora conſecrant, Deorumque nominibus appellant. Luci ſacri Germanis.

Secretum illud, quod ſola reverentia vident.

Auſpicia ſortesque, ut qui maxime obſervant.

Sortium conſuetudo ſimplex. Virgam frugiferæ arbori inciſam, in ſurculos amputant, eosque notis quibusdam diſcretos ſuper candidam veſtem temere ac fortuito ſpargunt, mox ſi publice conſuletur, ſacerdos civitatis, ſin privatim ipſe paterfamilias precatus deos cœlumque ſuſpiciens, ter ſingulos tollit, ſublatosque ſecundum impreſſam ante notam interpretatur. Si prohibuerint, nulla de ea re in eundem diem conſultatio. Sin permiſſum, auſpiciorum adhuc fides exigitur, et illud quidem etiam hic notum, avium voces volatusque interrogare. Auſpiciorum ſortiumque inquirendarum ratio apud Germanos.

Proprium gentis equorum quoque præſagia ac monitus experiri. Publice aluntur iisdem nemoribus ac lucis candidi et nullo mortali opere contacti, quos preſſos ſacro curru ſacerdos ac rex vel princeps comitantur, hinnitus ac fremitus obſervant. Præſagia ab equis ſumta a Germanis.

Nec ullo auſpicio major fides non ſolum apud plebem, ſed apud proceres, apud ſacerdotes.

Eſt et alia obſervatio auſpiciorum, qua gravium bellorum eventus explorant. Alia obſervatio auſpiciorum in explorandis bellorum eventibus.

Ejus gentis, cum qua bellum eſt, captivum quoquo modo interceptum, cum electo popularium ſuorum, patriis quemque armis committunt, victoria hujus vel illius pro præjudicio accipitur.

Effigies et ſigna quædam detracta lucis in prælium ferunt.

In conciliis per ſacerdotes ſilentium imperatur.

Animadvertere, vincire neque verberare, niſi ſacerdotibus permiſſum, velut Deo imperante.

XVII. *Funeratio.*

Mos funerandi. Defunctorum cadavera cremari solita.

Funerum ambitio nulla. Id ſolum obſervatur, ut corpora clarorum virorum certis lignis crementur. Struem rogi nec veſtibus, nec odoribus accumulant.

Sua cuique arma, quorundam igni et equus adjicitur.

Sepulchrum ceſpes erigit.

Sepulchrorum forma.

Monumentorum arduum et operoſum honorem, ut gravem defunctis, aſpernantur.

Lamenta ac lacrymas cito, dolorem et triſtitiam tarde ponunt.

Fœminis lugere honeſtum eſt, viris meminiſſe.

Hæc in commune de omnium Germanorum origine ac moribus accepimus. Hactenus *Tacitus*.

Hinc autem conſtat, cum eadem inſtituta, ritus et mores iisdem fere verbis Saxonibus adſcribant *Urſpergenſis*, *Witichindus* et alii, Saxones originem ſuam a veteribus Germanis habere.

Sed quia noſtratium mores nondum plane cognovi, ſuo tempore hic eos recenſebo, facta collatione cum majorum illorum moribus. Quibus expoſitis extrema manus commode huic libro ſecundo impoſita videri poterit.

LIBER

LIBER III.

PRIMÆ PARTIS.

PROOEMIVM.

Cum hactenus, quæ in hujus operis veſtibulo monenda erant, ſic ſatis, quantum ad inſtitutum quidem hoc attinet, tractavimus, nunc Deo auſpice ad rem ipſam accedemus, et de Epiſcopatuum fundatione, quidque in iis poſterorum memoria dignum acciderit, commemorabimus: Ita tamen ne ea interim omittantur, quæ in explicandis patriis rebus neceſſario requiri poſſe videbuntur. Si quæ præterea addidero, etſi præter inſtitutum hoc fieri exiſtimabitur, tamen non parum voluptatis, plurimum vero utilitatis ſtudioſus inde lector percipiet.

Diximus autem ſupra, quæ bella, et ob quas potiſſimum cauſas Saxonibus per annos 250. ad annum Chriſti 758. usque cum Francis interceſſerint. Sed hæc bella intra Viſurgim et Rhenum fere gerebantur, unde eorum injuriis ſecedere coacti Saxones Weſtphali, finitimos Sclavos, a Weſera ad Albim rerum longe lateque potitos, ultra Albim rejiciunt, auxilia ſubminiſtrantibus popularibus ſuis e Thuringiæ montanis, et ab Oceani littore, quorum in odio erant, ex æmulatione et metu creſcentis potentiæ. Alioqui par utrisque erat regio. *Crantzius* in Sax. libr. 2. cap. 9.

Carolus vero, qui *Magni* cognomentum deinde adeptus eſt et imperii ſummam, iisdem de cauſis redintegrat Saxonica bella, ob quas a majoribus cœpta illa et hactenus adminiſtrata, a *Pipino* vero patre quatuordecim fere annos intermiſſa fuerant.

Sed neque ille initio ultra Weſeram tranſtulit bellum, et promiſcua ea ac imbellis erat multitudo, ad colendos agros relicta, quam octennii bello ſubegit. Reliquum enim Saxonicæ gentis robur pene totum, et pars major præſtantium bellatorum ex nobilitate, in hæc Orientaliora loca commigrarat, Francicorum bellorum pertæſa.

CAPVT I.

Converſio Saxonum a *Carolo Magno* debellatorum.

Quapropter omnem bellli molem et impetum in hos Saxones Orientaliores ſeu Oſtphalos convertit, ac promotis caſtris Weſeram transgreſſus Anno Chriſti 775. ad Obacrum flumen in Ducatu Brunſuicenſi pervenit, ubi Saxones ſub Heſſone duce ſuo, certatim quidem omnes nomina dabant Chriſto, et imperata ſe facturos traditis obſidibus jurabant, ſed magis devitandi præſentis periculi metu, quam ex animo. Deducto enim exercitu et amoto metu ſtatim ad ingenium rediere. Tandem *Carolus* Anno 780. ingenti cum exercitu revertens, in citeriori ripa Obacri ad Ilſam amnem ſubſtitit, in loco caſtris ponendis nimis quam idoneo, *Hohrm*, ubi denuo baptizantur Saxones plerique ex omnibus his Orientis partibus in *Caroli* adventum congregati, verum ſolita ſimulatione. Nam Anno 784. *Carolus* eos coegit baptiſma tertio ſuſcipere.

Vocabulum *Horhm* in Annalibus Francorum explicatur.

Horhm vel *Hornheim*, cujus in Annalibus Francorum mentio fit, hodie caſtrum eſt munitiſſimum *Hornburgk*, adhærens in latere boreali *Falſtein* minori, quæ eſt tertia pars montis *Hui* in Halberſtatenſi Epiſcopatu a monaſterio *Huiſeborg* celebrati. Ibi enim locus olim fuit deſertus et ſylvula *Horhm* dicta, ad quam cum viatores iſthac tuto minime ire poſſent, prima ſpecula extructa eſt, in dumoſa quadam et abrupta rupe Falſtein minoris. Ei nomen fuit Horhnwarte, quæ deinde pluribus ædificiis et munitionibus confirmata

mata castrum validissimum efficitur, quod jam unicum et non contemnendum est propugnaculum in limitibus Episcopatus Halberstatensis adversus hostium irruptiones, nuncupatum *Hornburgk.*

Castro subjacet oppidum ejusdem nominis habens Ilsam amnem duplici alveo, uno extra, altera per oppidum inde ab Ostervico delabentem.

Oppido contiguus est locus *Horhm* jam distinctus in majorem et minorem Hornhm et ex fruticeto in hortos lupulorum, prata et agros frumentarios conversus, per quos Ilsa amnis ductus ad semimilliare Obacro flumini, inter Brunsuicanam et Halberstatensem regionem, limitali infertur.

Hoc in loco superioribus annis *Pipini* ex pellice frater *Gripho,* collectis Saxonum copiis, adversus fratres spe hæreditatis tumultuans, castra fixerat, cum *Pipinus* in Scheiningen consedisset ex adverso. Ipse vero *Carolus* nunc ex Ilsa amne Orientaliores Saxones primo omnium baptizari curavit. Recte igitur *Regino* citra Obacrum Hornhm baptismatis locum posuit. Sunt vero, qui in Orhum pago prope monasterium *Dorstadt*, non procul ab *Hornburgk* in ripa Obacri sito baptizatos eos existimant.

Annal. Francor. sub Anno 747.

Regino sub Anno 780.

Saxonibus sacro baptismatis fonte expiatis *Carolus* inde movens proficiscitur ad confluentem Orhæ et Albis, ubi nunc vel Wolmerstadium castrum vel Loitzke pagus positus est. Utroque enim in loco hi duo amnes confluunt. Ad Wolmerstadium Orha absorbet Albis quendam sinistrum ramum ad mœnia novæ civitatis Magdeburgicæ decurrentem.

Paullo inferius sub Loitzke, aliud quoddam sinistrum cornu Albis, Orham unda sua jam auctam et quasi comitatam, rursus excipit, inque suum nomen et alveum assumit. Sylvula, ad quam hic confluunt Albis et Orha, dicitur der Brandenhow.

Sed ad Wolmerstadium *Carolum* collocatis castris stativa habuisse vel inde perspicuum est, quod prope vicinum pagum Jersleben ad Orhæ ripam meridionalem colliculi quidam ostenduntur, in quibus circa Carolina castra excubias diu noctuque disponi solitas

vulgo creditur. Hos colliculos in apice nonnihil excavatos accolæ Carols-Keſſel vocant. Verum inde non diſcedit *Carolus*, niſi ſtulta et vana fictitiorum ſuorum deorum ſuperſtitione abdicata Chriſtianam religionem populariter accepiſſent Saxones.

Demoliri igitur iuſſit fana et ſimulacra Crodonis Saturni in Hartesburgk et Veneris Myrtiæ in Magdeburgk. Mox pacem conſtituit inter Orientaliores hos Saxones et Sclavos ultra Albianos. Poſtremo Epiſcopatum in oppido Oſterwieck fundavit, de quibus nunc in ſequentibus dicemus copioſius.

CAPVT II.

De Crodone et Venere idolis.

Harum regionum Saxones gentilitia ſuperſtitione peculiares ſibi finxerant Deos: *Crodonem* et Venerem, quibus ſacra faciebant.

Crodonis nomen unde ſit, compertum non habeo, niſi quod, cum Saturni imaginem aliqua ex parte repræſentet, et in eadem vicinia Venus culta ſit, exiſtimem Saxones imagine ejus ipſum Saturnum deſignare voluiſſe, qui Græcis χρόνος dicitur v. temporum pater, quam vocem Germani una littera mutata, altera verò demta *Crodo* expreſſerunt. Venus itidem atque Saturnus in eadem vicinia alicujus regionis coli ſolitos a multis in Occidente gentibus *Plutarchus* teſtatur, quia credebantur cuncta generare. Unde Saturnum hyemem, Venerem æſtatem appellabant. Porro communiter pinxere gentes Saturni imaginem cum falce, et liberos ſibi immolatos per parentes devorantem, eosdemque rurſus evomentem; per quod ſimiliter ſignificatur, eum exiſtimatum fuiſſe tempus, a quo per vices cuncta gignantur abſumanturque et ex eo denuo renaſcantur.

CRODONIS SATVRNI ſimulacrum.

Vir quidam ſenio et macie confectus ſuper piſcem percam, pinnis in tergo aculeatis renitentem, ſtabat totus nudus, ſolum veſte linea



linea indutus, quæ cingulo constringebatur. Is dextra manu urnam tenebat, aqua et rosis plenam. Sinistra vero rotam ostendebat. Hoc simulacrum Saturni imaginem præ se ferre asserebant. Ut autem antiquitas sub numinum suorum imaginibus et veneratione, homines commonefacere de rebus gravissimis atque maxime necessariis voluit: Ita et in hac statua singulæ partes suas habuerunt significationes. Sic capite idem nudus et apertus, quod vel aperto capite res divina ei fiebat, ut Deo terrestri, cum cœlestes dii velati immolantur: vel quod veritas occuli non potest, quia Saturnus deus veritatis ab iis habebatur.

Corporis vero nuditas libertatem significabat Saxonum, ad quam retinendam tuendamque omnibus viribus contenderent adversus hostes, quemadmodum perca adversus lucium piscem aquarum tyrannum pinnis suis aculeatis tuta est, nec ullis rationibus, molestiis atque periculis a semel accepta libertate deterreri sese paterentur. Quod ut commodius fieri posset, primò indissolubili fœderis vinculo conjunctos ipsos esse oportere, quemadmodum rota est. Deinde per vestem candidam atque constrictam, quod amicitia mutuis virtutum officiis semel contracta, arctissime servari neque ulla negligentiæ rubigine decolorari, seu fucis aspergi debeat. Urna vero aqua referta et rosis, hunc Saturnum, cui sacra facerent, tanquam causam efficientem frugum, esse assiduis votis orandum, ut a frigore segetes conservaret. Sic hæc Crodonis pictura idem Saxonibus ferme significabat, quod אל שדי Ebræis, Diana πολύμαστον Græcis, Saturnus Latinis.

Cæterum *Carolo* quærenti de hujus idoli nomine, responderunt Saxones: *Crodo* ei nomen esse. Tum ille econtra: Crodo vester diabolus aliquis, non Deus est. Es mag wohl der Teuffel seyn, und nicht GOtt. Hinc Saxonicum proverbium: Kroden Teuffel, vel Kroden Hencker, usurpatur etiamnum hodie, quando videlicet mirabundi rem aliquam horrendam seu abominandam detestamur atque execramur. Est et in usu verbum ex eodem manans fonte Kroden-Kind, id est homo, qui deorum commiseratione indiget,

indiget, extreme calamitoſus, q, d, Welch ein elender Menſch, des ſich GOtt erbarme!

Hujus idoli fanum fuit in excelſo quodam monte Hercyniæ anterioris, inter montem Bructerum et Goslariam urbem, in cujus ſummitate arx pervetuſta Hartesburgk profanos homines a ſacrorum violatione prohibuit. Arx illa valde celebris in hiſtoria *Heinrici IV.* Imperatoris Romanorum, ſub ditione hodie eſt Ducum Brunſuicenſium. Monſtratur fani locus inquirentibus in veſtibulo arcis ad dextram aſcendenti, ſed ab *Heinrico IV.* e regione ad ſiniſtram aliud exſtructum eſt translatis eo Sanctorum reliquiis ex Aquisgrano et Treviri Gallicis urbibus. Sepultus ibidem fuit primogenitus ejus filius, et fratris *Conradi* exuviæ repoſitæ. Sed templum hoc cum reliquiis ſanctorum et exuviis filii fratrisque deſtructum et diſſipatum eſt Anno Chriſti 1074. in Saxonico bello. Eo loco poſteritas aliud ſacellum erexit, ad quod, neſcio propter quas reliquias, ex longinquis regionibus etiam hodie ingens hominum ſuperſtitioſorum concurſus eſt. Supereſt etiam turris antiquo ſed rudi opere et artificio, quæ plurimum vulgi ſuperſtitioni ſervit.

Crodo ab Hercyniis Saxonibus colebatur intra Salam, Oniſtrum, Bodam et Ocream fluvios reſidentibus.

VENERIS MYRTIAE
ſimulacrum in Magdeburgk tale fuit:

Mulier oculis pellucidis et criſtallinis ſpecioſa, ſtabat in curru nuda, capite cincta corona alternis myrtorum et roſarum foliis tiliarum corticibus involuta, capillitio ad genua usque porrecto, ore roſam clauſam, facem ardentem pectore, ſagittam corde, manu ſiniſtra mundi figuram, dextra mala aurea tria ferebat. Pone ſequebantur Gratiæ ſeu Charites nudæ, nexis manibus poma geſtantes, et averſis invicem vultibus dona conferentes. Jugales quadrigæ erant, gemini cygni, totidemque columbæ albæ. Vocatur illa Venus Myrtia a Myrto herba Veneri potiſſimum dicata, ut *Plinius* teſtatur. Eam quoque curru vectam fuiſſe columbis et cygnis tracto,



cto, floribus rosisque ornatam ex *Apulejo*, *Horatio* et *Ovidio* manifestum est. Ejus vero significatio haec fuit.

Nuda ideo et speciosa, quia credebatur a gentibus, generationis, formae voluptatisque per universum orbem Dea. Hinc Graeci eam ἀφροδίτην nominabant. Myrtus et tiliarum cortices attribuebantur Veneri propter quandam amoris conciliationem et naturam. Apposite enim amorem inducebant propter odoris suauitatem, et ad plectendas coronas idoneae utraeque erant.

Mundi figura in sinistra manu, quod dicarentur toto orbi, vel quod ad omnes perveniat, vel quod per eam omnia proveniant. Unde etiam latine Venerem dici *Cicero* putat.

Fax ardens est telum acutum, vim amoris in cordibus hominum semel admissi.

Tria poma aurea, amorem cujuscunque rei posse conciliari auro.

Charites tres, aversa fingitur, quae promeretur, ne videlicet beneficium cum exhibes, remunerationem spectes, sed tantum ad promerendum. Quae autem referunt duae sunt, quae se recto lumine intuentur, quod diligens et accurata esse debeat remuneratio et duplicata.

Charites nudae, quod manifesta et chara debet esse vel gratia vel retributio, sine ulla fraude et dolo.

Columbarum pudicitia celebris est. Servant enim conjugii fidem inviolatam, nec rumpunt foedus, nisi alter viduus aut vidua fiat. Servant communem domum, sunt foecundae. Ideo vetustas finxit eas trahere currum Veneris.

Olores gemini et albae columbae castitatem in utraque conjuge maxime lucere notat. Tantum de imagine Veneris Myrtiae.

Aristoteles dicit, Graecos templa Gratiarum in mediis urbibus condere solitos esse, ut cives mutuae benevolentiae, amicitiae et gratitudinis admonerentur. Quo in loco autem Saxones hanc imaginem collocarint, obscurum est. Annales ei locum tribuunt in pervetusto castro *Magdeburgk* ad Albim, quod sequentibus temporibus commutatum est in coenobium Mariae Magdalenae. Exstat ibidem

dem turris quædam ex coctilibus lapidibus exstructa, quam veteris castri turrim esse vulgo persuasissimum habent. Sed et alii Hunnorum turrim eandem vocant.

Veneri huic Myrtiæ cultus sacros præstabant Saxones regionis hujus sylvestris, h. e. ut supra explicavimus, qui habitarunt inter Albim, Bodam, Salam, Alarim et Ohram fluviolos.

CAPVT III.

De firmata pace inter Sclavos et Saxones, et de imperato veræ religionis cultu per *Carolum Magnum.*

C*arolus* in stativis ad Albis et Orhæ confluentem pacem constituit firmavitque inter Saxones et Sclavos, quos Albis flumen ab invicem disterminabat.

Sclavi autem, ut supra dictum est, sunt gens Heneta, quæ et Veneti seu Vindi vel Windi appellantur. Eorum pars quædam ad meridiem consedit, ad latus Ponti Meridionale, et Heneti dicti fuerunt, pars autem alia versus Occasum et Septentrionem concessit et Sarmatæ dicti fuerunt. Inde progressi ab Oriente, omnem illum tractum, qui est a Rha et Thanai fluminibus juxta mare Balticum ad montes Sudetes, atque inde porrectus ad Albim usque occuparunt et compleverunt. Ut sunt Bohemi, Poloni, Moravi, Luticii, Sorabi, Lebusii, Wilini, Stoderani, Helveldi, Cycini, Circipani, Tolensii, Rhedarii, Brizani, Lingones, Warnavi, Obotriti, Wagrii, Uchri, Buoconii, Liciconii, Wilsi.

Hi boreales Sarmatæ, quos postea etiam Henetos appellarunt, ejectis Longobardis circa annum Christi 568, et vicinis populis Germanis, Albim transgressi, omnia illorum loca occuparunt ad Visurgim usque, ut supra ex *Cromeri* Polonia ostendimus. Sed cum hinc vicissim a Saxonibus Westphalis cogerentur ad pristinas

suas

ſuas ſedes trans Albim retrocedere, perpetuis invicem odiis, ſimultatibus atque armis inter ſe decertabant hi duo populi ad *Carolum* usque. Is tandem utrosque, cum Sclavi ſuæ religionis pertinaci ſtudio, gentisque Saxonicæ peculiari odio inflammati, viderentur minime quietari, infragabilibus pacis conditionibus reconciliavit, et in terrorem atque Imperii fines muniendos contra Sclavos hoſtes in Magdeburgk Romanorum caſtro veteri, præſidem cum cohorte militum reliquit, qui in conſtitutionibus *Caroli Magni Hatto* dicitur.

Conſtituta pace et imperii finibus præſidio firmatis, præcipuam curam habuit, quomodo Chriſtiana religio apud Saxones celeriter coaleſceret. Quare et hic Epiſcopatum inſtituit, qui in oppidum Oſtervicum collocatur. Crodonis enim Saturnini delubro ſubverſo, in Oſtervico eccleſiam aliam exſtruxit, et ad propagandam Chriſtianam pietatem ad Sclavos vicinos, et ad confirmandam fidem in baptizatis Saxonibus, Epiſcopatum ibidem inſtituit. De negotiatoribus.

Veneris Myrtiæ in Magdeburgk æde cum ſacris Ethnicis penitus everſa, eccleſiam novam Albicolis iſtis ædificavit, eamque in honorem *St. Stephani* Protomartyris conſecratam Epiſcopi Oſtervicenſis ditioni atque inſpectioni ſubjecit.

Vita Luidgeri.

Primus Epiſcopus Oſtervicenſis fuit *Hildegrinus,* frater *Luidgeri* Epiſcopi Monaſterienſis. Is *Luidgerus* in bello Saxonico caſtra *Caroli Magni* ſequebatur, ac natione erat *Friſius*, profeſſione vero monachus Benedictinus. Hunc ex *Alcuini* commendatione propter eruditionis et ſanctimoniæ ſingularis opinionem e Beneventano Galliæ cœnobio vocatum cuidam collegio in Saxonia inſtituto *Carolus* præfecerat, ſed inde pulſus a *Vitekindo* Romam venit, ubi pro Saxonum converſione diligenter per biennium Deum implorans manſit. *Carolus* autem ei Monaſterienſem Eccleſiam tandem commiſit, eſtque a Colonienſi Archiepiſcopo *Hildebaldo* conſecratus. Metrop. lib. 1. cap. 5. *Saxo* lib. 2. cap. 14. et 16.

Gentes innumeras et inprimis Saxones ad fidem convertit, unde Saxonum Apoſtolus *Crantzio* dicitur. De facultatibus patrimonii Faſcicul. temporum Metropol. lib. 1. cap. 5.

nii ſui monaſterium in Werdena ſuper Ruram Weſtphaliæ fluvium condidit. Et tertio ante obitum anno ſecus Helmſtede caſtra *Caroli Magni* contra Wilſos, Vandalos et Sorabos poſita communivit, ibique templum *St. Stephani* ædificavit, ut inde ad Sclavos eo tutius poſſet propagare religionem, eumque locum monaſterio Werdenſi a ſe fundato ſubjecit cum *Caroli* conſenſu. Obiit Anno 809. In Bilderbecke et Werdena ſepultus eſt.

In convertendis Saxonibus uſus potiſſimum eſt ſtudio et opera Hildegrini ſui ex Thietgrino et Casburga parentibus germani fratris. Hunc litteris et pietate imbutum in Collegio Crucis prope Ultrajectum ſub *Gregorio* Abbate *St. Bonifacii* Germanorum Apoſtoli, et diſcipulo et in Archiepiſcopatu Moguntinenſi ſucceſſore, in comitem itinerum et laborum ſuorum ſocium aſſumſerat. Is primum per *Carolum Magnum* Epiſcopus *Catalaunus* in Campania Galliæ conſtitutus, deinde voluntate *Adriani* Papæ Epiſcopatum Halberſtatenſem conſequitur, cui in diverſis locis Oſtervici et Halberſtadii præfuit annos 47.

Sed priusquam de hujus in Epiſcopatum gubernatione dicam, de nomine et origine oppidi Oſterwieck et caſtri Magdeburgk aliqua commemoranda ſunt.

CAPVT IV.

De oppido Oſtervico et veteri Romanorum caſtro Magdeburgk.

De origine et nomine Oſtervici oppidi, in quo primum collocabatur Halberſtatenſis Epiſcopatus, vulgo fabulantur, quod *Carolus*, poſtquam debellatis atque baptizatis Orientalibus Saxonibus in hoc tractu Epiſcopatum fundare vellet, Principem quendam ejus loci *Albertum*, ſc. nuncupatum interrogavit de idoneo et commodo loco futuri templi et Epiſcopalis ſedis. Et cum *Albertus* princeps ei monſtraſſet attribuiſſetque collem Herdenberg prope ſylvam

vam querceam *Isen* (quæ inter Ostervicum et monasterium Stötterlinghorgk ad Austrum conspicitur) dixisse ajunt: Beatus est locus iste. Selig ist die stede. Hinc oppidum primo nuncupatum Seligstede.

Cum porro templa ibi ponere vellet, auditam cœlitus vocem esse: Cedite, cedite ad Ortum, wieck Ost, wieck Ost, qua commonefactus de monte Herdenberg descendit in planiciem ad Ilsam flumen et Ecclesiam ibi constructam *St. Stephano* Protomartyri consecravit. Inde oppidum mutato nomine Ostwicum dictum esse.

Hæc narratio mihi persimilis videtur istis fabulis, quæ circumferuntur de locis divinitus ostensis, in quibus monasteria Huiseborgk, Marienborn, Wolmerstedt et alia harum Diœcesium posita visuntur, quæ ideo excogitatæ sunt, quo vulgus persuaderetur, loca ista sacra divinitus instituta majori cum reverentia esse visitanda et colenda, quam alia ea ratione non fundata. Sed commentitiæ et ad superstitionem confictæ sunt ejusmodi narrationes ab iis, quibus pietas quæstus erat, seu ut *Hieronymus* ait, qui prædam putant religionem. Quapropter ego sic existimo. Est in Franconia vicina oppidum Salingstadium (Seligenstadt vulgo) non procul a Würtzburg, ad Mœnum fluvium, a Selegasto quondam Francorum principe et legumlatore sub Pharamundo rege primo Francorum conditum ad Christi annum 420. Hic S. quidam *Lotharius* ab antiquo Episcopatum et Ecclesiam *D. Stephano* exstruxerat. Quo postea destructo in ejus locum Imma *Caroli Magni* filia notha cœnobium sub regula *Benedicti* constituit, cujus primum Abbatem *Tritenheimius* nominat Eginhartum illum, qui *Caroli* notarius et historicus fuerat. Hunc igitur Episcopatum *Carolus* in Saxoniam transtulit, primo Ostervicum, deinde Halberstadium ductu *Luidgeri* Episcopi, sicut *Irenicus* refert. Hoc veritati magis est consentaneum, quam si dicatur ab his vocibus: Selig ist die stedte, prius urbis hujus appellationem exortam, postea vero divinitus commutatam in Ostervicum.

Irenici Exegesi German. lib. 3. cap. 37. *Lazius* lib. 3. de migrat. gent

In Chronico Hirsaviensi pag. 13. et 16.

Nam plura ſunt et alibi ejus appellationis oppida, ut in Bavaria et Pannoniis ad Danubium, quæ dicuntur Salingoſtadia.

De Oppido Oſtervico.

Oſtervicum autem nomen hoc ſuum ab omni memoria retinet etiam ante fundationem Epiſcopatus. Eſt enim Saxonicum vocabulum. Siquidem Wiek ſignificat jurisdictionem vel caſtrum ſeu refugium. Unde Wiekbelde in jure Saxonico erat imago crucis ligneæ in foro civitatum poſita, ſignificans ibi propriam eſſe jurisdictionem, qualem in Kroppenſtede ditionis Halberſtatenſis oppidulo adhuc videre licet.

Quædam etiam oppida in Saxonia appellationes ſuas inde deſumſere, ut Brunſchwiek, q, d, Brunonis jurisdictio vel caſtrum ſeu habitatio. Bardewiek, ſ. jurisdictio vel *Bardi* principis Saxoniæ cujusdam, ut *Crantzius* habet, ſeu Bardorum populorum Saxonicorum, ut *Helmoldus* et *Beda* indicant. Sic veriſimilius ab Oſtardo quodam vel fundatore vel principe cognominari Oſtervicum videtur.

Undecunque ſit nomen oppidi, hoc certum eſt, Epiſcopatum hic ſtetiſſe ad annos 39, priusquam translatus ſit Halberſtadium, ut *Heinricus* Erphurdenſis teſtatur. Propter ſacros ritus autem et eccleſiæ celebritatem oppidum maxima tum incrementa ſumſit.

cap. *69.*

Situs.

Situm eſt Oſtervicum in valle peramœna ad ſiniſtrum latus majoris Falſtein, quæ ſecunda pars eſt et occidentalis excelſi montis *Hui*, in ditione Halberſtatenſi.

Eſt et una ex præcipuis atque munitioribus civitatibus Epiſcopatus Halberſtatenſis, nimirum ad extremos limites hoſtium incurſionibus in Occaſum ſolis expoſita.

Landwehren in Sachſen.

Extra urbem a meridie, occaſu et ſeptentrione ſepimentum eſt cum ſuis ſpeculis ad fluviolum usque Ilſe ab ortu alluentem pertingens, landwehre vocant. Ejus circa Saxonicas civitates talis olim fuit ratio,

Fossæ duæ vel tres latæ atque altæ pedum 20. ducebantur circa urbes ad bombardæ ictum, vel si fluvius præterfluebat, ad utramque ejus ripam usque.

A fossarum utraque parte ejecti aggeres seu valla consereban- tur salicibus, ulmis, populis, quercubus et fagis, quæ putatæ propagine sarciebant locum senescentium. Hæ ubi pullulabant, vel maxime fructuosæ erant, sustinebant sepem, pecori dabant frondem, virgas præbebant sepibus, ligna foco, materiem ædificiis.

Hoc genus munitionum tempore *Caroli Magni* ex Hungaria in Saxoniam translatum.

Ejusmodi munimenta addebantur portæ peranguftæ et speculæ, de quibus vel campanæ vel tubæ sonitu, vel rei cujusdam exertæ indicio signum dabatur excubias agentibus in urbe, si quando hostis adventaret.

Talia sepimenta olim erant munitiones civitatum, ubi homines in unum cœtum congregati non cingebantur muris et fossis. Jam quia valla et latæ fossæ objiciuntur ad civitatum mœnia, sepimentorum usus exolevit, excisis arboribus et destructis aggeribus solum speculæ et turres relictæ vestigia retinent.

Ad mœnia Ostervicum vallo forti circumdatur, quod ante annos 40. auxilio Cardinalis Archiepiscopi *Alberti* factum est. Post vallum fossa sicca ad muros urbis, in qua omnis generis fructiferarum arborum consitæ sunt.

Mœnia suas habent turres frequentes. Ante vallum fossa ampla, murata et aquis plena est, per quam canalibus in urbem ducitur alter alveolus Ilsæ fluvioli, qui se dividens ante piscinam fossis urbis contiguam, alterum in meridie urbem præterlabitur, donec in occasu uterque rursus conjunctus assumtis plurimis rivulis in vicinis pascuis circa minorem Falstein castrum Horneburgk allabitur.

Quanquam vero civitati valde commodum est, quod alter alveus per urbem ducatur propter molendina, tum quoque ad incendia excitata restinguenda et ad plateas purgandas, tamen non caruit ea res periculo, priusquam vallum cum fossa murata opponeretur.

Anno

Anno enim a nato Chriſto 1495. Ilſa fluvius ſubitaneis imbribus et liquefacta nive in Hercynia et vicinis montibus in tantum crevit, ut ſuo impetu urbis mœnia diſturbarit, multas civium domos perfregerit, multos homines ac pecora ſubmerſerit. Inde forſan commoti majores, vallum opponere cœperunt fluvii alveo ex oriente accedenti, quod poſtea impenſis Cardinalis circum totam urbem congeſtum eſt.

Subjacet oppido ampla et egregia planicies in viridibus pratis, circumdata altis montibus ab Auſtro, Septentrione et Occaſu. Verſus Occaſum montes illi depreſſiores ac nonnihil fathiscentes Ilſam amnem perluentem habent. Ex iis undiquaque ſcaturientes rivuli prata irrigant. Sunt ibidem et horti pomorum, olerum et lupuli feraces. In ſummitate montium ſylvæ quercinæ, in declivi ager eſt fertiliſſimus, quem partim fimo ſtercorant, partim marga, quæ prope ſpeculam Hornwarte in agro Heide dicto exciditur, quamvis ejus non adeo magnus eſt uſus. Vulgo enim dicitur: Marga quidem diteſcere filium, ſed patrem pauperiorem reddi.

Intra urbem duæ ſunt parochiales Eccleſiæ. Una ad *S. Stephanum* ad forum. Altera ad *S. Jacobum*, quæ ut plurimum occluſa eſt. Illa ad *S. Stephanum* ruinoſa fuit, quapropter anno 1552. funditus demolitur, ſed amplior et ſumtuoſior in ejus locum reſtituta, in qua verbum Dei incorrupte ab annis 30. usque ſonuit. Juxta hanc ad meridiem ſacellum quoddam fuit D. Catharinæ, illud ſuperſtitioſe crediderunt fuiſſe primam eccleſiam, a *Carolo Magno* exſtructam. Sed mihi veriſimile haudquaquam videtur, cum nomen repugnet, et anguſtius templum illud fuerit, quam ut ibi Epiſcopus *Hildegrinus* frequentem populum Saxoniæ docere potuerit. Templa enim Chriſtianorum propter doctrinam conduntur, Ethnicorum tantum propter ſacrificia. Et horum conciones erant poemata ſcenica, quæ recitabantur in theatris. Senatus tamen in perpetuam memoriam poſteris in lapidem hanc vulgi fabulam incidi et in Eccleſiæ muro Auſtrali poni curavit.

Reſpubli-

Respublica est Aristocratica et Democratica, qualis status reipublicæ est fere in omnibus urbibus et oppidis harum regionum, quod suo loco explicabitur, et qui in ea præsunt, ætate, prudentia, morum gravitate ac pietate præstant. Subditi cives vivunt ex coctione cerevisiæ, agricultura et opificiis. Mercaturam pauci exercent propter loci importunitatem, nihilominus bene merentur de mercatoribus isthac Lipsiam euntibus. In omnibus enim mercatibus Lipsiensibus aliquot armati obequitando vias publicas tutas a latronibus servant speculabundi.

Tres sunt portæ civitatis 1. Porta Sculteti, 2. Novæ Ecclesiæ, 3. Capellarum, ita dicta, quod juxta hanc portam tres capellæ fuerint, quas Senatus in usum publicum convertit. Ante has portas circa urbem hæ desolatæ sunt villæ: Westerbeck, Beerwinckel, Walwegk, Osterbeck, Bocksshou, Monicheshou, Hillingrode, ex quibus civitas cœpit, quæ nunc indies crescit.

In medio fori vetus stetit domus dicta Wunneborgk, quæ ædificata olim est ex trabibus munitionis cujusdam, quam Magdeburgensis Archiepiscopus *Güntherus* cum vicinis aliquot principibus, nobilibus, comitibus, et civitatibus Saxoniæ condiderat ad arcem Hartesburgk, in qua obsidione premebat *Conradum* de Schwighelden, universæ Saxoniæ publicum hostem. Qui tandem ad deditionem coactus de munitione illa conquerebatur, quod nimis prope castro admota fuisset. Hinc munitio illa cœpta est dici Altona. Ostervicenses autem cives acceptis trabibus post obsidionem, domum ad publicos usus in medio fori exædificant, quam in memoriam expugnati castri insuperabilis Hartesburgk nuncuparunt Wunnenburgk, quæ steterat 139. annos, cum demoliretur Anno 1551. a Senatu.

Ubi Ilia flumen exitum suum habet, intra urbem area est amplissima, sed desolata prope molendinum frumentarium (Hagenmöhle) post Parochi ædes. Ea senatus utitur. Hoc loco conditum monasterium olim fuit, in quo monachi Canonici regulares sub regula *Augustini* degerunt, sed ii Anno 1112. translati sunt Hamerslevium, postquam quinque annos hic sedissent.

Tantum de oppido Oftervicenfi, in quo Epifcopatus fuit 39. annos, antequam Halberftadium transfertur.

In vicinia autem oppidi hujus res accidit memorabilis, quæ talis eft. Cum *Otto Magnus* Imperator patri fuo *Henrico* Aucupi fucceffiflet in Imperio, nonnulli principes ex odio, invidentia et æmulatione in perniciem ejus confpirantes afperrima aliquot bella ei moverunt. Inter hos Tanquardus Imperatoris ex concubina feu pellice frater erat præcipuus, qui Hungaros in belli focietatem afcivit. Hi flagrantes cupiditate vindicandi damnum et ignominiam fuæ genti ad Merfeburgum ab *Henrico* Aucupe Imperatore Anno 933. illatam, irruperunt in hanc Saxoniam Anno 937. Et quia Imperator *Otto* bellis externis occupabatur, pofitis caftris ad Bodæ ripam confederunt. Inde mox duobus agminibus pars exercitus proximos agros fub Hercynia anteriori depopulari cœpit Ofterwicum usque. Sed non procul ab urbe ifta diverfis in locis profligantur. Unum enim agmen civitatem Stötterlingborgk (jam monafterium eft virginum prope Ofterwicum in meridie) obfidione cinctam, altero die expugnare conftituerant. At cives noctu eruptione facta illud præter omnem exfpectationem turbatum ac cum refifterent, fortiter repulfum diffiparunt. Alterum agmen ad Trubigke (monafterium fanctimonialium inter Weringerode et Ofterwicum) trucidatur ad internecionem fere ducibus utriusque agminis partim captis et ad Imperatorem adductis, partim vero in paludes vicinas demerfis. Hac fuorum clade cognita ii qui in caftris remanferant, effufa fuga in Hungariam rurfus dilabuntur.

CAPVT V.

De veteri Romanorum caftro Magdeburgk.

Saxonici fcriptores nugantur *C. Julium Cæfarem* juxta Planetarum numerum feptem caftra in Germania condidiffe, inter quæ

etiam

etiam Magdeburgum connumerant. Sed has ineptias recte confutat *Crantzius*, nimirum, cum *Cæsar* ad Visurgim non venerit, sed Rhenum ponte sublicio (intra biennium summa cum difficultate multis diebus et maximis impensis bis fabricato) junctum solummodo transiens in Sicambris octodecim dies terrendorum Germanorum gratia vagatus sit, atque ibidem omnia ædificia, vicos et frumenta igne consumserit, nulla autem exstruxerit. Diutius enim ibi vel commorari, vel longius progredi metuebat, ut ipsemet fatetur, et *Pompejus* id ei subjicit apud *Lucanum* lib. 2. Nostrates vero ultra Rhenum illum vi rejectum esse referunt, ac dixisse: Satis superque est vidisse Germaniam. *Eutropius* namque tradit, bis *Cæsarem* infeliciter in Germania pugnasse, sic sc. ingentes ejus minæ in ludibrium versæ sunt.

D. Augusti Cæsaris autem duces *Drusus* et *Germanicus* primi illam partem Germaniæ Imperio Romano subjugarunt, quæ a Rheno ad Albim et Salam usque pertingit. Etsi quoque *Crantzius* putat, non Romanos duces, sed Germaniæ proceres, qui Romanis militarant, sacra illorum didicisse, et in patriam reversos Romanorum idolis vel arces vel templa consecrasse, tamen sibi ipsi alio loco contradicit, et asserit idolorum ritus et nomina a Romanorum memoria Saxones tenuisse, cum *Drusus*, *Nero* et deinde filius ejus *Germanicus* sub *Augusto* provinciam gubernarent. Huic sententiæ ut probabiliori subscribo. Postquam enim circa annum Christi 20. per *Drusum* et *Germanicum* omnem provinciam Germanorum, ut *Tacitus* inquit, intra Rhenum et Albim Imperio Romano subjecisset, et ad eam tutandam aliquot arces in Mosa, Visurgi, Rheno et Sala condidisset, non est dubium, quin simul et in Albis ripa, qui fluvius limes Romani Imperii sub *Augusto* erat, ad Orientem in Germania, Magdeburgicum castrum adversus Imperii hostes exstructum, quemadmodum etiam *Crantzius* ipse testatur, inquiens: In Magdeburgk ab olim arx præcipua est, quam ego limitaneis Romanorum ducibus exstitisse crediderim, cum jubente *Augusto Cæsare* Trans-Albianos Romani non attingerent, ne tamen viderentur il-

Saxon. lib. 1. cap. 25.

lib. 4. et 6. belli gallici.

Anno urbis conditæ 699. et 701. h. e. Anno mundi 3911. *Cn. Pompejo* et *M. Licinio* Crasso 2. consulibus: Et Anno mundi 3913.

Aventinus lib. 1. Annal. lib. 6.

Tacitus de situ et moribus Germanor.

Lib. 1. cap. 25. Saxon.

lib. 2. Annal. pag. 38.

Florus de rebus gest. Romanor. lib. 4. cap. 12.

Metrop. lib. 1. cap. 3.

los formidaſſe, in ripa fluminis ad hoſtes verſa præſidium conſtituerunt. Hæc ille.

Tacitus de ſitu et moribus Germanor.

Herodot. lib. 4.

Herodianus libr. 7.

Ante Romanorum namque adventum apud Germanos nec cæmentorum, nec lapidum, nec tegularum, nec laterum aliquis uſus erat. Proinde etiam nullas urbes, nulla mœnia atque domicilia habuerunt, ſed ex denſis ſylvis quarum confixis atque coagmentatis lignis quaſi quædam tabernacula exædificarunt vel ſubterraneos ſpecus inhabitarunt. Verum mox induſtriores, ut eſt ingenium humanum ad nova excogitanda vel maxime promtum, non ſolum caſulas, ſed ampliſſimas domus exſtruere cœperunt.

Tacitus de ſitu et morib. Germanor.

Arnobius lib. 2. Aegyptiaca ſacra poſt Romana quoque facta.

Et quia ab iſtis Suevis ad Albim ſedentibus Iſis dea Egyptiaca fortaſſis culta eſt ſub dio et extra (ut Germanorum mos fuit) parietes domus: Idcirco Romani abolito illo peregrino, ut vocat *Tacitus*, ſacro, aliud ſubſtituerunt ejusdem ſexus fœminei idolum, eique peculiare fanum in recens exſtructo caſtello conſecrarunt. Sublata enim Iſide Aegyptiaca Venerem Myrtiam in ejus locum locarunt.

Iſidis effigies hæc erat: Virgo continuatis uberibus lintea nigra veſte et cornibus ornata, dextra ſiſtrum, ſiniſtra naviculam vel currum ad formam naviculæ exſtructum tenebat. Viterbienſis lib. 15. ſuper Beroſum indicat ex *Diodori* ſententia, Oſiridem cum Iſide cereviſiam coquere et frumentariam docuiſſe in iis partibus mundi, ubi vites non naſcuntur. Eo Iſidis ſimulacro abjecto Venerem Myrtiam, quæ Romæ temporibus *Romuli* ſua olim ſacra et templum habuit, ſubſtituunt, ut ſc. cum Imperio Romani et ſacra et Divos propagarent.

Caſtrum autem ſeu propugnaculum illud ædificatum fuiſſe dicitur ibi, ubi jam eſt monaſterium D. Mariæ Magdalenæ in mœnibus veteris urbis ad cœmeterium *S. Petri.* Turris etiam hodie cum aliis quibusdam ruderibus iſthic conſpicitur ex lapidibus coctilibus educta, quam vulgo ajunt reliquam eſſe ex demolito illo veteri Romanorum caſtello.

CAPVT

CAPVT VI.

De Etymologia urbis Magdeburgenſis.

Magdeburgicæ urbis ſextuplicem appellationem diverſis linguis olim uſurpatam fuiſſe reperio, quas hic commemorabo, relicturus lectori judicium, quam probabiliorem eſſe cenſeat.

Non autem id eo faciam, ut affingatur ei Etymologia ſine cauſa, ſed quia me conjecturæ probabiles delectant, in quibus veterum auctoritas ad ornandam patriam non inſulſe citatur. Reverentia enim locorum augeri videtur, quando veterum prædicatione celebrantur, cum memoria atque recordatione vetuſtatis gratius eſſe nihil poteſt, juxta illud *Virgilii:* Et hæc meminiſſe juvabit.

Quapropter quantum ad poſteriorem ſyllabam *Borgk* attinet, conſtat eam vocem græcam eſſe, et paucis litteris mutatis traductum a πύργος, quod turrim ſignificat. Sic olim vocarunt arces ſeu propugnacula. Et caſulæ ſeu domunculæ juxta ea exſtructæ ac poſtea in civitatum ſeu oppidorum pagorumque formas redactæ inde denominatæ fuerunt. Quod vero Germanica lingua corrupta ſit, et quaſi conflata ex peregrinis, videlicet Ebraica, Græca, Latina et aliis ſupra prolixe docuimus. Deinde quæ vocabulorum Megede vel Mede, Meide vel Mei, Magada vel Magd, quibus ſyllaba Borgk juncta unam appellationem efficit, ratio videatur eſſe, paucis dicemus.

Primo. Ipſam deam Venerem Megede Ebræis dici aliqui af- I.
firmant, atque hinc urbi huic nomen attributum omnino exiſtimant. Sicuti Iſenach oppidum Thuringiæ ab Iſide, et Marsburgk ad Salam, vel Mersburgk ad Weſeram a Marte Diis appellant. Alii vero ab Ebræo מֶגֶד Meged, Meghede, vel per Syncopen Mede (ſicut uſus eliſiones litterarum, etiam *Cicerone* teſte, amat) derivant, quod odorem ſeu aroma ſignificat, et Megedeborgk dicatur a fragranti agri circumjacentis odore, quaſi caſtrum in agro varietate florum mire redolentium exſtructum. Sita enim eſt hæc urbs in planicie

quadam editiori ripæ Albis, quæ distinguitur ab occasu agris frumentariis feracissimis et hortis peramœnis. Ab Austro vero, Ortu et Aquilone pratis, pascuis et sylvis, quæ utriusque Albis ripis terminantur. Et hujus planiciei tractus in longitudinem a pago Westerhusen usque Wolmerstadium seu montes Ohræ, in latitudinem vero ab Hohenwarsleven ad pagum Meintz et Clusium usque tribus milliaribus patet, ac montibus seu locis editioribus circumquaque conseptus quasi includitur, perinde ut horti sepibus muniuntur. Irrigatur quoque limpidissimis fontibus, fluviolis atque torrentibus, ex occasu Oschersleviano, Scroda et Orha, ab ortu autem Aële fluvio. A meridie Albis alveus ingrediens hos omnes absorptos versus Septentrionem in mare devehit atque evomit. Quare si e turricula aut colliculo mediocri circumspiciens hunc tractum nihil non reperias nascentium rerum, quæ vel oculos vel animum cum voluptate oblectent, vel suavissima sua redolentia vires et cerebri et cordis languefacti mirifice confirment atque reficiant.

Montes vero et loca editiora ferme contiguum sunt jugum, nisi ubi fathiscentes Albim juxta pagum Westerhusen, Orham ad monasterium Ammensleven et Aelam prope oppidulum Möckern intromittunt in hanc planiciem, eosque rursus Albis alveo collectos atque exceptos infra Magdeburgum prope castrum Nienhoff extra suos terminos dimittunt.

Horti omnis generis arborum, radicum, herbarum odoriferarum, olerum, leguminum e transmarinis regionibus atque adeo ipso novo orbe translatarum fructibus sunt felicissimi. Agri vero tanta copia tritici, siliginis, hordei et avenæ abundanr, ut non solum hortis Alcinoi et agris Aegyptiacis æquiparari facile possint, oculis juxta et palato suorum colonorum grata quæque copiose subministrantes, verum etiam vicinis oppidis Helmenstadio, Halberstadio, Wolmerstadio, Ascherslebio, Stasfurto, Calbiæ, Saltzæ Barbejæ et Servestæ, longissimeque dissitis regionibus quasi e granario et penu cellaria annonam largiter depromant, unde maxima habent lucra hortulani et agricolæ, quæ ipsis odor omnium sunt gratissimus,

Cæterum

Cæterum a מֶגֶר urbis hujus nomen recte deduci posse inde conjicio, quod regia civitas illa, quæ *Josuæ* cap. 12. Meggiddo dicitur, et ad quam primum Ahasia rex Judæ interficitur a Jehu, quem *Elisæus* Propheta mandato Dei in successorem Ahasiæ unxerat 4. Reg. 9. deinde etiam ubi *Josia* rex Judæ profligatur a *Necho* rege Egypti 4. Reg. 23. 2. Paral. 35. haud dubie a campo plano et florido nomen suum obtineat. *Herodotus* libr. 2. hanc civitatem Magdalo nuncupat. Münsterus vertit Magedo, alii Maggiddo, quasi castrum in planicie positum.

Secundo Meide vel per Apocopen Mei deducitur a Græco δμωΐς δμωΐδος v. virgo ancillaris. Hinc Capnion ille πενταγλώττις hanc urbem δμωιδόπυργον vocat, Castrum virginum ancillarum, a Gratiis forsan, quæ Venerem Deam comitantur ac ei tanquam dominæ ancillari pinguntur. Et *D. Philippus Melanchthon* græcam hanc derivationem imitatus semper scribit Meideburgk, quod vulgo Meiborgk et Meirich dicunt. II.

Tertio: Magadaborgk in legibus politicis *Caroli Magni* et diplomatibus *Ottonum* Imperatorum nuncupatur hæc civitas, quod judico sumtum ab Ebræo מִגְדָל Magedal v. castrum, et per Antistæchon et Apocopen Magada, ita ut Magadaborgk sit Ebræo græcum vocabulum. Germanice die Burg oder die Festung. III.

Quarto: Miedzibo scribit *Cromerus* in sua Polonia. Münsterus vero in Cosmographia Slavonice ab Henetis hic post ejectos Longobardos rerum longe lateque potiuntibus, urbem hanc dictam. Est enim Mied ipsis idem quod virgo, et Bo vel Böck sonat Gothica lingua *Deus*, sicut alicubi annotatum legi *D. Philippum* oppidi Jüterböck Etymon explicasse a Juttere, quod Sclavonice matutinus et Boec Gothice Deus, dici debeat. IV.

Henetam vero linguam Gotthicæ vel cognatam vel mixtam fuisse ex Procopio manifestum est.

Quinto: In *Ptolomæo* nominatur civitas μεσούϊον, quæ ferme cum hujus urbis situ congruit, ideo aliqui ex eruditis opinantur Magdeburgum esse. Hæc opinio, cum spatia ferme eadem sunt, si V.

certa

certa eſt, non abs re erit Etymologiam inquirere. Cenſeo autem vocabulum illud in *Ptolomæo* eſſe Germanicum. Nam μεσȣ̈ίον interpretes reddidere Meſuvium, quod ſecundum illam inflexionem, quæ veteribus ſcriptoribus, Germanicæ linguæ imperitis, præſertim *Ptolomæo* familiaris eſt, videtur ſonare Megdwick et ut eſſet mollior flexus, dixit Græce μεσȣ̈ίον latini Meſuvium per duplex v. Saxonicum porro vocabulum Wick, caſtrum, refugium ſeu jurisdictionem ſignificat. Μεσ pro Megd licentia Græcanica eſt. Sic apparet *Ptolomæi* temporibus hanc urbem Medwiek vel Megdwieck Saxonice nuncupatam fuiſſe, (nam idioma Saxonicum tantum affinitatis habet cum Græca lingua, quantum nulla dialectus univerſæ linguæ Germanicæ) quaſi dicerent: Caſtrum poſitum in regione ſeu loco, ubi Venus cum Gratiis ſua habet ſacra et cultus.

VI. Sexto et poſtremo: Temporibus Archiepiſcopi *Erneſti* circa annum Domini 1500. quidam Doctor Aſtronomiæ et inquiſitor theſaurorum nomine *Nicolaus* Meltzer per Electorem Saxoniæ *Fridericum* et *Woldemarum* Principem Anhaltinum perſuaſurus Archiepiſcopo et Senatui Magdeburgenſi, theſaurum ditiſſimum in hac urbe recondi, affirmavit, ſe id cognoviſſe ex indicio monumentorum litterariorum civitatis cujusdam, non procul ab *Alexandria* Syriæ ſitæ, quæ appelletur vernaculo ejus gentis ſermone *Scammahue*. Cives autem primos ſeu conditores iſtius civitatis fuiſſe Saxones, et colonia traducta illorum Saxonum, qui ex hac ipſa ripa Albis (in qua jam Magdeburgum conſpicitur) pertæſi Francicorum diuturnorum bellorum, in iſta loca communi conſilio transmigrarunt, ac in memoriam veteris patriæ et ſedis condiderunt urbem nomine Syriaco *Scammahue*. Sed an vera iſte erro affirmaverit, jam non diſputo, et hanc fabulam ſuo loco excutiam diligentius.

Fabula theſauri in civit. Magdeb.

Jam ſi civitas iſta hujus nominis adhuc reliqua eſt iſthic locorum, et hæc noſtra aliquot retro ſeculis ſic appellata fuit, grata nobis non immerito eſſe debet Etymologia ejus, non ſolum quia vetuſta eſt, verum etiam quia ominis loco accipi poteſt. Nam שִׁמָּה Scamma ſignificat afflatum abominantis. Da man einem,

Pfui

Pfui dich an, nachschreyer. Nam sicut virgo nubilis propter formam et alias virginales dotes subinde expetitur a procis et amatoribus, ea vero, quia continentiæ propositum habet, illorum nuptias recusat, et cupiditates minus honestas abhorret, ideoque variis et multiplicibus scommatibus, odiis et contumeliis sæpe objicitur. Ita hæc urbs ob admirandas naturæ commoditates subinde ab hostibus suis oppugnata fuit, sed quia suam libertatem acriter defendit, nec ullius vel injuriis vel callidis consiliis cedere voluit, apud plerosque non ita bene audire potuit semper, et justissima hæc ipsius defensio seu recusatio in plurimorum animis odia, fraudes, contumelias, convitia et injurias exsuscitavit. At illa e contra contemtis adversariis in ludibrium et contemtum coronam virgo ostentat, erecta stans intra turres propugnaculi sui, id quod insigne hujus urbis valde est honorificum.

Hæ sunt meæ divinationes ab affinitate soni sumtæ, qui ferme in talibus conjecturis solet esse judex. Si quis veriora docuerit, tantum absit, ut iniquorum judicia metuat, ut etiam gratiam sibi publice deberi statuat.

Nulla autem initio justa aliqua hujus civitatis forma erat, sed passim discretique colentes paullatim a Francis didicere Saxones conjunctis domibus habitare usque ad *Heinricum* Aucupem Imperatorem Romanum, qui primus omnium in Saxonia, sicut Theseus et Cecrops apud Græcos ruricolas in unum cœtum coactos bellicisque armis exercitatos, vallo et fossis adversus Hungarorum et Sclavorum crebras irruptiones et direptiones incendiaque communivit. *Strabo* lib. 9. *Thucyd.* lib. 2.

Carolus Imperator confracta et exusta Myrtiæ Veneris statua cum fano suo, aliam Ecclesiam ampliorem et sumtuosiorem ex thesauro Veneris ædificavit, eamque *S. Stephano* Protomartyri dicatam inspectioni Episcopi Ostervicensis subdidit, sub cujus Diœcesi et pastorali cura mansit ea ad integros 185. annos, ad annum usque fundati Episcopatus Magdeburgensis, Christi videlicet 965.

CAPVT VII.

Saxones ſeditioſi ſed ad obſequium a *Carolo Magno* redacti.

Ad hunc modum Ethniciſmo penitus abrogato, per novam ſanctamque religionem inſtitutam et pace inter Saxones Cis-Albianos et ulteriores Sclavos confirmata, *Carolus* in limitaneo Imperii caſtello Magdeburgo præſidem *Hattonem* ſeu *Ottonem* cum valido præſidio militum relinquens in Franciam regreditur. Inde mox in Italiam cum uxore ſimul et liberis proficiſcitur, in qua per hyemem et ſuas quasdam et regni Romani res expedit, de quibus videas Annales.

Hoc anno cruces in veſtibus apparuere, ſanguinem pluit, qui et e terra fluxit. Sunt quoque alia multa prodigia narrata, quæ vel cladem futuram ſuorum in Saxonia, vel obitum uxoris præſagierunt.

Proximo enim anno Servii, Serbii vel Sorabi Sclavi inter Albim, Salam et Sudetes montes conſidentes in fines Thuringorum et Saxonum, qui erant contermini, prædandi cauſa ingrediuntur, et loca quædam direptionibus et igne vaſtant. Quo cognito *Carolus* juſſit Adalgiſum, Goilonem et Volradum præcipuos principes ſuos Francorum et Saxonum copiis eos oppugnare, qui cum eſſent in expeditione et jam Sclavorum terram attingerent, interea *Witekindus* Saxonum animos magnaſ ſpe libertatis erectos, ad defectionem concitarat. Idcirco *Caroli* duces Sorabis Sclavis neglectis ad ſeditioſos Saxones compeſcendos ſeſe accingunt. Sed *Witekindus* in monte Sontal Wiſeræ continuo cum illis congreſſus, illum exercitum fere totum concidit cum duobus legatis Adelgiſo, Geilone et quatuor Principibus, viginti nobilibus ac plurimis aliis. *Carolus* eo audito feſtinat cum exercitu in Saxoniam et usque ad confluentes Alaræ et Viſurgis perveniens illos vincit, et ad oppidum Verden quatuor millia et quingenti factæ defectionis vel auctores, vel conſcii,

scii, capite plectuntur obsidesque accipit. Horum clade facta *Witekindus* caput horum malorum ab omnibus accusabatur, ipse vero fuga ad Danos et Nordmannos incolumis elapsus erat.

Sequenti anno iterum omnes Saxones ab Oceano ad Salam usque utramque ripam Albis accolentes rebellant, sed *Carolus* cum Hildegardis uxoris suae circa festum ascensionis Christi mortuae solemni et regio more justa solvisset, in Aquilonaribus partibus primum ad Thietmulle, quod *Crantzio* est mons S. Adjutorii, Hulßpenberg, deinde ad Hasam fluvium aperto Marte congressus (quod nunquam toto hoc tricennali anno fecerat alias, instructa acie confligens) eos duobus praeliis cecidit uno mense, paucis interpositis diebus.

Eo tempore ita confractae Saxonum vires fuerunt, ut ultra regem neque provocare, neque venienti resistere, nisi aliqua loci munitione defensi, auderent. Infinita enim hostium multitudo caesa, ingens praeda capta, omnia quoque ad Visurgim et Albim vastata, magnus denique numerus captivorum abductus est. Ex his decem millia cum liberis et uxoribus et praecipua nobilitate partim in Galliam Belgicam traducti sunt, ac ad Oceanum sub praefecto maris Lyderico distributi, partim in Franconia ad Moenum et Regnesum amnes translati, ut habet Münsterus circa Bambergam sederunt. Plurimi quoque Saxonum Christianae religionis et tranquillitatis amantes, sua sponte pertaesi domesticorum malorum Romam migrabant, quibus partem Vaticani habitandam *Adrianus* Papa attribuit, teste Blondo. lib. 1. Dec. 2.

Reliqui erant Orientales Saxones et ipsi rebelles compescendi, sed reversus in Franciam *Carolus* nuptias primum cum Fastrada filia *Rodolphi* Franconiae principis celebrat Wormatiae, et Bertham matrem defunctam terrae mandat. Deinde Haristallium in hyberna ex Francia concedit, reliquias belli Saxonici proximo anno persecuturus.

Defecerant rursus Aquilonares Saxones conjunctis sibi Frisonum auxiliis, et ad Lippiam castra locant. Sed *Carolus* junior eis

 occur-

occurrit, et ad Dragum equestri prælio vincit. Pater vero cum propter nimias inundationes aquarum subito ex continuis pluviis factas ad Aquilonares transire minime posset, converso itinere per Thuringiam in hæc campestria ad Albim, Salam, Bodam, Orham et Alarim devenit. Depopulatis ibidem agris ac villis casisque combustis usque ad Tanginofurtum ac Borestall et Angern castra in fines Franciæ, accepta in Scheiningen fide et datis obsidibus Wormatiam se recepit, quo et filius *Carolus* cum triumpho redit.

Carolus iniquissimo animo ferens gentem toties a se superatam non cessare ab armis, asperrima hyeme collectis majoribus copiis, Saxoniam hostiliter invadit, omniaque inter Oceanum et Visurgim cum armato milite peragrat, et ad obsequium redigit, ab ulteriore Saxonia brumæ rigiditate et inundatione aquarum prohibitus, interim tempus exspectans ac occasionem Eresburgum hibernatum concedit, quo uxorem et liberos accersivit, Saxoniam vicinam fœdissime depopulans et commeatus e Francia adducens.

Subsequenti anno concilium publicum universæ Franciæ Majo mense, more solemni Padeburnæ habuit, quo dimisso omnes Saxoniæ fines perreptat, nullo penitus jam resistente. Et cum ad Bardevicum pagum venisset, misit duos legatos (quorum Princeps erat Amoloninus Franco vir magnæ auctoritatis) cum Saxonibus ad *Witekindum* et *Albionem*, qui in Saxonia Trans-Albiana exulabat. Ipsis *Carolus* gratiam faciebat, veniam præteritorum atque oblivionem, si resipiscerent, condonabat. *Witikindus* igitur et *Albio* acceptis obsidibus, quos petiverant, fideque publica interposita, ad *Carolum* a legatis ducuntur Christianamque religionem recipiunt, Ethnicismo per baptismum deposito in villa Attiniaco, ut habent Annales Francorum. Nam *Crantzius* ad Wolmerstadium id factum docet in Metrop. In Saxonia, ad Myndam oppidum in ripa Visurgis. Chronicon Misnense in Diœcesi Fuldensi in Mittenbach pago baptismatis locum transponit.

lib. 1. cap. 9. *Saxon.* lib. 2. cap. 23.

Ita Saxonia tota subacta aliquot annos quievit ab armisque respiravit, ob hoc maxime, inquiunt Annales, quoniam occasiones deficien-

deficiendi ad rem pertinentes invenire non potuerunt. Post octo annos igitur Christi sc. 793. occasione conjurationis, quam *Pipinus* filius cum quibusdam Francis adversus patrem, propter crudelitatem novercæ *Fastradæ*, fecerat et belli Pannonici, quo occupabatur *Carolus*, rursus defecerunt omnes Septentrionales Saxones ad utramque Albis ripam, ad quos subjugandos et ad obsequium redigendos novennali opus fuit bello, ab anno Christi sc. 793. usque ad 804. Siquidem circa id tempus omnino quieverunt, militibus, nobilitate et ducibus destituti. Et quicunque eorum trans Albim incolebant, ad suos in Galliam Belgicam seu Trans-Rhenanam migrare coacti, reliquerunt Sclavis, Abotritis et Henetis Francorum sociis, regionem, quæ est Holsatia. Sed de iis infra suo loco.

Saxon. lib. 2. cap. 19.

Citra Albim decimus quisque transmigrare jussus est. Quidam pertinaci studio suæ religionis et odio Imperii Francici, sponte relicto patrio solo migrarunt in ea Septentrionis loca, quæ sunt Borussorum.

In desertas Saxonum regiones ad Albim duas colonias *Carolus* traduxit, sed obscurioris nominis, ut Aemylius annotat, fortassis Harlungos intelligit, quos ex Alsatia per *Carolum* huc translatos Heneti juxta Peucerum post excusserunt e castro Brandenburgo, quod deinde in monasterium conversum est, positum in monte Harlungorum Brandenburgi.

De Harlungis vide Ursperg. pag. 217. Ex hac Harlungorum familia est der treue Eckart.

Quæ vero de ductis ex Saxonia colonis a *Carolo* in Daciam, quæ nunc Transsylvania est, feruntur, fabulosa sunt. Transsylvani enim reliquiæ sunt Gotthorum et Dacorum, quibus accesserunt Pannoniæ superioris coloni Germani, quando pulsi ab Hunnis et Avaris novas sedes quæsiverunt.

Ejusdem vanitatis est narratio illa, quam infra sub *Ernesto* Archiepiscopo recitabo, in qua Doctor quidam Astronomiæ et thesaurorum reconditorum inquisitor Magdeburgensibus persuadere conatus est, Saxones nonnullos ex hoc tractu Magdeburgico trajecisse in Syriam, ibique non procul ab Alexandria civitatem condidisse,

 cui

cui nomen *Scammahue*, quod Magdeburgicæ urbis appellationem ipsorum lingua referre affirmavit.

CAPUT VIII.

De Jure Westphalico.

Cæterum compositis tandem bellorum tumultibus ac pace quieteque passim confirmata, *Carolus* per universam Saxoniam magistratus ordinavit, qui jus publice dicerent, unde provocaretur ad Imperatorem.

Jus Westphalicum Carolina sanctione introductum.

Imprimis apud Westphalos Saxones sanctius quoddam atque arcanum virorum ex omni Germania delectissimorum concilium instituit, a quo provocari non liceret. Ejus concilii delecti cæteris omnibus ignaris, Westphaliæ oppida, vicos sylvasque Idololatriæ receptacula circumibant, moresque dicta et facta cujusque notabant. Quemcunque perjurum, pacis religionisque violatorem suspendio necabant, etiam indicta causa, sine intercessione, ubicunque comprehendi poterat, primo quoque tempore. Qua saviendi libertate et animadvertendi libidine in officio retenti Saxones Westphali, explosa avita et pristina superstitione Christianam religionem receperunt.

Das heimliche Gericht in Westphalen.

Jus illud vocant Westphalense, silentio et taciturnitate sacrosanctum. Nemo enim omnium unquam inventus est, qui, quibus ritibus delecti initiati se invicem agnoscant, quibusve notis reus coarguatur, evulgarit. Tam sancte mysteria hæc occultant, ut pro piaculo habeant et religio sit, profanis ritum prodere. Judices seu delecti isti primo conscii dicebantur i. e. die Wissende. Deinde hoc titulo uti cœperunt in scriptis et actis judicialibus: Jck Friegreve des Ehrwirdigsten in Godt ꝛc. Ertzbischoffs zu Cöln ꝛc. mines Gnedigen Herrn Stadhalder des frienstuls tho N. Doe kunt allen frommen friegreven vnd allen echten rechten frienscheppen der hemelicken achte ꝛc.

Juris-

Jurisconsulti Barisellos vocant, vulgo hodie Feimherrn v. occultos judices rerum capitalium, sive certo tribunali judicantes, appellant. Quorum umbram præ se ferunt nostrates Feimeri, qui sunt duo viri ex plebeis, nullius quidem ordinis et dignitatis, vitæ tamen inculpatæ. Hos occulte olim delegit magistratus in civitatibus recens constitutus singulis annis. Etenim non prius se delectos resciscebant, quam a Magistratu ad officium exercendum vocarentur, quod tale est.

Primum, ut cum judice capitali seu aliis deputatis personis ex ordine senatorio vel numero Scabinorum præsto sint, quando exercetur quæstio in sceleratum adhibitis tormentis. Deinde cæteris remotis soli cum judice capitali vel ejus locum tenente, in publico foro sistunt coram tribunali sceleratum ultimo supplicio afficiendum, ut interrogatus publice fateatur delictum et meritas pœnas corpore luat. Tunc primum agnoscuntur Feimeri, per totum alioqui annum sui regiminis non publicaret magistratus a se delectorum nomina, nisi capitale judicium habendum esset. Probrosum enim et ignominiosum eorum officium judicabatur, perinde ut et carnificis et judicis. Adeo in Papatu piorum conscientiæ cruciabantur superstitiosis opinionibus, ac negligenter homines docebantur de vero rerum politicarum usu atque magistratus civilis officiis.

Superiori ætate cum nullius virtutis atque æstimationis quosque in horum consultorum seu feimerorum collegium Westphali asciscerent, iisque passim per cæteras etiam Germaniæ regiones quemvis pro lubitu furti perfidiæque alligarent atque suspendio necarent, cohibita est hæc licentia per Imperii Romani Principes et ad veterem *Caroli Magni* sanctionem revocatum est horum judicum officium. Qua de re exstant *Friderici III.* et *Maximiliani I.* Imperatorum constitutiones inter Imperialia decreta. Sub anno 1442. et 1495.

Hac ratione Westphalos *Carolus* in officio erga Imperium contineri, et in semel accepto religionis cultu confirmari voluit.

CA-

CAPVT IX.

De quibusdam ſpectaculis publice exhibitis in his regionibus.

DE PYRAMIDE DEIECTA E COLVMNA.

vid. de his ſpectaculis *Meibomii* Irmenſula cap. IX. et X. Tom. III. pag. 15. 16. ubi hic Auctor allegatur. Vom Kegelwerffen zu Halberſtadt.

Alibi alii ſunt inſtituti ritus et publica ſpectacula ſive per *Carolum* ejusque duces atque ſucceſſores, ſive ex ipſorum hominum arbitrio, quibus abrogatæ vanæ ſuperſtitionis commonefacti ad conſtantiam in Chriſtiana religione retinenda excitarentur. Sic Halberſtadii quotannis in Quadrageſima, Dominica Lætare, Canonici Cathedrales in loco plano ante gradus cellæ vinariæ pyramidem quandam capitatam columnæ impoſitam ſinguli ejaculatis fuſtibus dejicere tentabant, canentes Antiphonam: Auferte hinc, dicit Dominus, et nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Verum inter tot Canonicos vix unus et alter pyramidem illam columna deturbabat, reliquis omnibus ictu aberrantibus. Quo ſolemni ritu auctores haud dubie retineri voluere apud poſteros ingentis iſtius laboris atque ſtudii memoriam, quod *Carolus Magnus* impendit ad deſtruenda harum regionum idola, quæ Saxones in columnis poſita ut Deos venerabantur. Canonicos vero commonefacere, ut pro ſuis quisque viribus et officio anniteretur, religionem veram tot laboribus tantoque ſtudio et periculo, inter toties ferociter rebellantes Saxones ſemel conſtitutam, incorruptam conſervare, rejectis et exturbatis e Chriſti Eccleſia omnibus aliis dogmatibus, verbo Dei contrariis. Hæc peragebantur dicto Dominico die poſt Nonas, inde a multis ſeculis usque ad *Johannem Albertum*, Marchionem Brandenburgenſem, Adminiſtratorem Halberſtatenſem, et Archiepiſcopum Magdeburgenſem, qui *Alberto* Cardinali, Electori et Archiepiſcopo ſucceſſerat. Tum demum abrogatur ritus ille propter ſpectantis multitudinis pericula, quæ ei ex aberrantibus ictibus

bus

bus sæpe imminebat et propter contemtum ipsius *Cleri*, quos ut Viros graves et annis, nobilitate atque sapientia præstantes, ejusmodi ludicra exercere in tanta luce Evangelii ridiculum erat.

CAPVT X.

De Dracone in Halberstadio.

Similis ratio fere fuit cum Dracone, qui in urbe Halberstadio per omnes plateas vagabatur. Ut enim summus rerum opifex in animantium corporibus fabricandis ossa extendit, quæ totam substantiam animantis suffulciunt atque sustentant: Ita idoneus quidam artifex ex lignea materia corpus quoddam distendit, cui superinductum linteum ac variis coloribus distinctum Draconis formam repræsentabat, quod a cive per urbem gestatum repere videbatur. Hujus Draconis vulgo variæ sunt opiniones. Eruditi quidam per Draconem hunc significari existimant tyrannidem, quæ dominatur in civitate, ubi Respublic. est Democratica, h. e. in qua summum imperium penes populum degenerat. Optimam vero civitatis esse conditionem Aristocraticam, ubi multi virtute et sapientia præstantes simul præsunt. Ejus sententiæ hanc afferunt rationem. Quod Draco omnes regiones u rbis perreptat in Epiphaniæ Domini octava, quando Interregnum est, v. c. cum abdicato veteri Senatu, eo die nulla est Reipubl. administratio donec ad vesperam novus Senatus per tribuum suffragia jam electus in Curiam ad imperium civitatis publice accipiendum ducitur. Alii vero in hac Draconis circa forum reptatione exprimi volunt atque depingi subditorum studia et affectus erga superiores suos. Valde enim ii proni et proclives sunt ad maledicendum magistratui suo, ut *Pindarus* testatur, hoc iis tribuens Elogion κακολόγοι δὲ πολίται. Quare cum tædet ipsos præsentis imperii, in foro ac omnibus compitis urbis obambulantes exsertam quasi caudam linguæ virulentæ vibrant instar viperæ aut scorpii, ac arripiunt undiquaque, quod in gubernatoribus calum-

nientur, eosque tandem quantumvis optime meritos opprimant, qualem picturam refert Aristogiton apud Demosthenem. Sic sentiunt docti de Dracone. Cæterum quoniam Draco non in urbe olim, sed in castro (ut vocant) circa Canonicorum domos vagari consuevit, universo *Clero* accinente Antiphonam: Caput Draconis Salvator contrivit in Jordano flumine ab ejus potestate omnes eripiens: Eo spectaculo monitos homines judico, ut liberationem a tyrannide magni Draconis antiqui serpentis Diaboli, acceptam referrent soli Michaeli filio Dei Jesu Christo, eique gratitudinem suam declararent in tuenda propagandaque illa salutari doctrina de beneficiis filii Dei. Cessavit et hæc solemnis actio propter abusum, in visitatione sub *Sigismundo* Marchione Brandenburgensi et Administratore Halberstatensi instituta.

CAPUT XI.

De combustione Cupparum in Magdeburgo.

conf. *Meibom.* Scriptor. Tom. III. p. 15. et 16. de Irmensule. Von Kopen Schleudern.

Proximo die Jovis ante Orgia Bacchi, et deinde in ipsis Saturnalibus duæ cuppæ seu cadi vinarii, positi in medio fori veteris replebantur vasculis picatis seu axungia oblinitis ac stramine aliisque lignorum ramentis. Deinde ad horam secundam meridianam conveniebant piscatores, pistores aliique opifices in foro piscario, quod sub fenestris hypocausti magni in curia subjacet, ubi iis temporibus novus Senatus annuus solemne tractat convivium. Inde projiciebantur funes corticei in præsentem turbam hominum, quos cum protensis manibus plures simul arripiunt, nec alter alteri facile cedit, tamdiu nudis pugnis, omni armorum genere destitutis sese invicem non sine ingenti voluptate spectantis populi contundunt, donec unus ejusmodi funes aliquot obtineat, eoque medium sese constringit. Ad illum modum plurimis instructis tandem e curia descendit Magister fori, qui præcipuus est inter lictores, et longo ordine sese

ſeſe manibus in iſtos funes injectis trahentes, gyratione quadam circa illas cuppas incenſas circumducit. Quo ſpectaculo veteres ſignificare voluerunt, ſi deficerent a data Imperio fide, et traditis veræ pietatis cultibus, tum ſimili modo vinctos ad ignem protrahi debere cremandos. Significatio hujus ludi.

Hæc mihi ſententia placet de iſtis ſpectaculis, quæ eruditos etiam habet aſſertores. Nam in honeſtis Rebuspubl. ſemper ſunt aliquot publica ſpectacula vel ſcenicæ actiones exhibitæ, quibus vulgus ad virtutem commonefactum in officio retinebatur. Suo tamen quisque arbitrio probabit, quod veriſimile videbitur.

De Saxonia a *Carolo M.* in provinciam redacta et in VIII. Epiſcopatus diviſa.

Poſtquam *Witekindus* Chriſtianam jam fidem animo conſtanti amplecteretur, baptizatus cum Albione et aliis Saxonum proceribus, tum demum Saxonia in provinciam Romano more redigitur a *Carolo* et in octo Epiſcopatus diſtincta ſubjicitur Archiepiſcopis Moguntino et Colonienſi. Illi parebant Halberſtatenſis, Paderbornenſis, Verdenſis et Hildesheimenſis. Huic Oſnabrugenſis, Monaſterienſis, Bremenſis et Mindenſis.

Reliquos Archiepiſcopatus et Epiſcopatus in Saxonia et finitimis regionibus poſt *Carolum*, in ſua ditione eque ſuis facultatibus Principes Saxoniæ fundarunt, excepto Hamburgenſi Archiepiſcopatu, quem *Ludovicus Pius* Imperator Anno Domini 833. inſtituit.

Et quanquam *Carolus* videatur his Epiſcopis conceſſiſſe etiam politicam poteſtatem in ſuos Diœceſianos, ſic nimirum et ſpirituali et civili gladio eos cingens, non tamen propterea principes ſuam penitus amiſerunt adminiſtrationem. Sic *Witekindo* ſuæ ſunt redditæ regiones, ſalvis tamen cæterorum Saxoniæ procerum jurisdictionibus atque bonis, quorum dominatus alioquin maxima ex parte permutati ſunt in Comitatus et hi rurſus in Monaſteria. Ipſe quoque *Witekindus* finito bello Saxonico in ordinem redigitur, nec amplius *Saxon.* lib. 2. cap. 15. 22.

quicquam regii juris habet, licet propter ætatem, longum rerum usum, potentiam, virtutem bellicam, amplissimam familiam et singularem fidem erga patriam in admiratione apud omnes reliquos fuerit, eoque principem locum per universam Saxoniam facile obtinuerit.

Saxon. lib. 2. cap. 22.

Nam Ducis titulum ipsi a *Carolo* concessum esse, ipsumque ex mandato *Caroli* de Angria Westphaliæ regione huc ad Albim in Schartow castrum infra Magdeburgum aulam et familiam transtulisse omnino fabulosum est, nec ulla indiget refutatione, ut pleraque alia in nostratium de his rebus commemoratione. Sed nepotem ejus ex *Brunone* fratre, *Ludolphum* Saxoniæ Ducatu insignitum a *Ludovico Pio* Imperatore esse, ex omnium historiarum consentiente narratione manifestum est. Quare autem *Witekindus* regium nomen primo usurparit ac deinde in ordinem rursus redactus fuerit, jam dicam.

Saxon. lib. 2. cap. 24.

CAPVT XII.

De Aristocratica Republ. ante tempora *Caroli Magni* Imperatoris.

Universa Saxonia in quatuor divisa fuit regiones seu partes, videlicet in Orientalem, Meridionalem, Occidentalem et Septentrionalem, in quibus plurimæ erant familiæ nobilium, quarum celebriores has ex litterariis monimentis Monasteriorum totius fere Saxoniæ per idoneos homines collegi.

DOMINATVS INTRA RHENVM et Weseram.

Dominus de Aren, Anholt, Aspel, Ahusen, Arnborgk, Aslo, Berge in mediterranea Westphaliæ, Berga ad Rhenum, Berga ad Weseram, Beich, Benthem, Bellinghofen, Bergloo, Brein, Brunßbeck, Graßkap, Krechingk, Mahlberg, Hemmersberg, Wilden-

Wildenberg, Mehren, Bredevort, Broick, Brackelem, Broickhusen, Buren, Castorp, Delmenhorst, Deipholtz, Depena, Delbruck, in hoc dominatu idolum fuit Jodute, sicut in Comitatu vicino Mansfeldensi. Deren, Dinplake, Dießen, Dietersfordt, Dortmundt, Desenberg, Mering, Eristein, Essen, Engern, Gemme, Guterswick, Grain, Grunstein, Hervorde, Hartenstein, Heissen, Horste, Hörde, Herbeide, Hardenberg, Holte, Horstmar, Hoya, Hoestede, Impel, Isenburgk, Cappenborgk, Keppel, Krange, Lennep, Lippe, Lichtenfort, Lingen, Lockum, Leimpeck, Ludinghusen, Marcka, Meirich, Mengeda, Nostendorff, Oldenborgk, Ottenstein, Ovede, Palterskamp, Pirmondt, Ravensberg, Kilinghusen, Ruenthal, Rettberge, Rede, Ringelberg, Schwalenberg, Sonsfeldt, Steinfort, Stoiffenborgk, Steinwede, Stoppelberg, Stromberg, Sternberg, Stirmb, Stipel, Strumperhusen, Stecke, Techelnborgk, Velisch, Vitinkhoff, Vlote, Volmerstein, Westvalen, Wölpe, Werle, Wisch, Werdt, Witte, Walbeck, Tutphen. 108.

Intra Weseram et Albim.

Depena, Ammensleve, Hildensleve, Haldensleve, Magdeburgk, Bodenstein, Bodenborgk, Bommenborgk, Borchwedel, Borchtorp, Brunschwigk, Luneburgk, Listen, Twiffelden, Gibichenstein, Alsleven, Mulingen, Barby, Lindow, Linow, Bernburgk, Northringen, Calenberg, Dannenberg, Dampke, Dassel, Dalem, Soltwedel, Duerrode, Eberstein, Egeln, Hattmersleben, Friedeburgk, Freckeleve, Gandersheim, Gatersleve, Gettlede, Hagenboken, Hohenwerdt, Comites de Indagine, Hammerstein, Hackeborn, Harborg, Holstein, Ditmarsen, Hamborg, Staden, Hallermundt, Homburgk, Osterburgk, Hardeck, Comites de Insula, Catelenborgk, Lawenrode, Luchow, Lichtenberg, Mandere, Melveroda, Meinersheim, Nienober, Niedeck, Northeim, Olßborgk, Ottenstein, Peine, Poppenborgk, Rostorff, Ringelem, Schowenborgk, Sladem, Siegelnstein, Spiegelborgk,

Suppelingborgk, Wimmelstein, Winsenborgk, Woldenborgk, Wulffenbüttel, Woltingerode, Wunstorff, Warmbstorff, Wildersehe, Solm, Solthaw, Sommerschenborgk, Griben, Dorneborgk, Wethin, Stormar, Amforde, Sehusen, Göttingen, Wolbeck, Osde, Hessen. 95.

In Hercynia Saxonica.

Anhalt, Quedlinborgk, Gerenrode, Quernfurdt, Mansfelt, Reveningen, Seburgk, Hoenstein, Schrapela, Ascanien, Blanckenborgk, Ballenstede, Stolberg, Arnstein, Werningerode, Camburgk, Bichlingen, Gleichen, Falckenstein, Wipra, Moringen, Luttersfelt, Osterrode, Regenstein, Hartzorde. 25.

In montibus Abnobiis vel Hassiacis.

Ples, Bilstein, Itter, Limpurgk, Waldeck, Marburgk, Zegenborgk. 7.

Hi dominatus Saxonici postea sunt aboliti, et temporibus *Caroli Magni* in Comitatus permutati. Ex quibus posteris seculis monasteria utriusque sexus exortum suum habent, partem vero eorum Episcopatus et Capitula ad se traxerunt. Alii Vicedominatus Advocatiarum, Burggravionatus, Principatus, Landgravionatus, Marchionatus et Ducatus titulo ac dignitate insigniti sunt, rebus et potentia amplificati.

Ex his familiis duodecim quotannis viri, probitate, industria, sapientia et virtute præstantes creabantur, ex singulis regionibus tres, quos penes omnis Saxonicæ reipublicæ administratio erat, qui et Tetrarchæ et Pares vocabantur, eo, quod ex quatuor diversis partibus Saxoniæ selecti pari eodemque jure praeessent. Etsi vero unus ex iis virtute et meritis erga Rempubl. insignior præficiebatur toti collegio, is tamen adeo legibus contractam habebat potestatem, ut nihil solus posset, nec amplius quicquam auctoritatis obtinebat, quam quivis alius ejusdem collegii. Solum certa ratione moderabatur cæteros publica auctoritate præditos et cujusque regebat functionem,

ctionem, quo veluti Harmonia quadam omnia consonarent communi bono, et ad unionem tranquillitatemque Reipubl. referrentur.

Quando autem ad externum aliquod bellum proficiscebantur, vel sponte sua, vel in aliorum subsidium acciti, tum exercitus sui ducem ex his partibus constituebant. Ubi vero a propriis finibus illatum bellum propulsare cogebantur, uni eorum bellum commiserunt, attributo regio titulo quamdiu bellum durabat. Finito bello in ordinem redigebatur, ut olim dictator Romae et apud Albanos, de cujus officio *Fenestella* et *Pomponius Laetus* sic ajunt: Ea summa potestas, et non creabatur, nisi cum vis aliqua major de improviso oborta, ingentem urbi cladem minitari videretur, sumebantur enim e patribus. Hac ratione *Witekindo* (ut et *Dietricho* ejus avo proavoque *Sieghardo*) adversus Francos Saxonici belli administratio et cura fuit imposita, attributa regia dignitate. Post bellum omnium dominatus in Comitatus permutantur, *Witikindus* regio honore exuitur, in Comitum ordinem redactus.

His rationibus Christiana religione Reipublicaeque tranquillitate et otio per universam Saxoniam confirmato, tandem *Carolus Magnus* circa annum Domini 803, cum biennio ante Imperator factus esset, Saxonicum populum antiqua libertate donat, eique omne tributum remittit, exceptis pecorum et rerum nascentium decimis, quas in stipendium Ecclesiae, publice servientibus ministrari voluit.

Insuper et Ostervicensem Episcopatum certis limitibus includit et privilegiis confirmat. Münsterus recte scribit, haec facta fuisse in celeberrimo palatio illo, quod *Carolus* in oppidulo Saltza superiori ad Franconiae fluvium Salam exstruxerat. Nam qui id factum asserunt in Salinis majoribus ad Albim supra Magdeburgum, ii ignorant istas Salinas ad annum Christi 1300. primo aedificare coeptas.

CAPVT

CAPVT XIII.

De legibus, ad quas Saxones inde a *Carolo Magno* usque ad hanc ætatem gubernantur.

Jus Saxonicum.

Corpus Juris Saxonici in tres partes dividitur. In Jus Provinciale, Jus Municipale et Jus Feudale.

I. Jus Provinciale, Landrecht.

I. *Constantinus Magnus* Imperator Romanus Saxonibus primo leges dedit. Procemio Saxon. Specul. Landrecht lib. 1. Artic. 18. lib. 2. Artic. 66. lib. 3. Artic. 83. in glossa, Lehnrecht cap. 19. in gloss.

II. *Carolus Magnus* multa Saxonum statuta vetera partim abrogavit, partim emendavit. Veteres quoque consuetudines non malas concessit iis, ut videre est in Procemio Spec. Saxon. Landrecht lib. 1. Artic. 18. in fine textus. Et superioribus annis *Johannes Herold* Basiliensis librum legis Saxonum e Fuldensi cœnobio protractum in lucem dedit.

Hæ autem leges *Constantinæ* et *Carolinæ* finiunt in Artic. 82. libr. 3. Landrecht. Et usus earum admissus est in omnibus Saxoniæ provinciis Anno Christi 810. ut patet ex Weichbild Artic. 6. in gloss. finali, et ex privilegio *Ottonis* Imperatoris adjuncto juri municipali dem Weichbilde, vide Landrecht lib. 3. Art. 62. Weichbilde Art. 10. in textu et glossa.

III. Sed sunt his et aliæ posteris temporibus additæ leges per Imperatores Romanos. Nam *Otto I.* Imperator constituit Anno Christi 937. Art. 83. et 84. lib. 3. Landrecht. *Otto II.* Imperator Art. 85. et 86. libr. 3. Landrecht. *Fridericus II.* Imperator adjecit hos Artic. 87. 88. 89. 90. et 91.

Postea

Poſtea conſtitutiones 14. novæ ſunt additæ ab *Alberto I.* Imperatore, quæ dicuntur Extravagantes, quarum fit mentio in gloſſa Spec. Saxon. et in libr. Feud. Saxon.

Hoc Jus provinciale vocatur etiam Jus gentium. Weichbild Art. 2. in gloſſ. Column. 5. lib. 3. Artic. 66. Landrecht. Et comparatur plebiſcitis ut libr. 1. Art. 62. in gloſſ. et additione latina Weichbild Art. 6. in gloſſa finali. Et dicitur des Volcks-fragende recht.

II. Jus Municipale.

Das Weichbild pertinet ad civitates, imprimis Magdeburgum. Dicitur novum Jus, et explicat Jus provinciale vetus. Weichbild Art. 1. in gloſſ. et Art. 10. in textu et gloſſa. De imaginibus Weichbildern vid. Art. 6. 9. et 10. in gloſſ. Weichbilden Recht.

Hoc Jus Municipale *Otto II.* Imperator Magdeburgenſibus conſcribi curavit per *Burchardum* de *Mangelfeld* Gloſſatorem Juris Provincialis Anno 978. Weichbild Art. 1. 3. 9. et 10. et in fine privilegii.

III. Jus feudale.

Das Lehnrecht.

Ejus auctor eſt *Fridericus Barbaroſſa.* In procemio Lehnrechts gloſſ. Landrecht libr. 1. Art. 14.

Damianus vel *Tammo* de *Boxdorff*, J. V. Doctor, Decanus Naumburgenſis et Canonicus Merſeburgenſis fecit Anno 1432. Remiſſorium ſuper tribus partibus Saxonici Juris. Ejus frater autem *Theodoricus* de *Boxdorff*, Epiſcopus Naumburgenſis in ordine 31, qui fuit quoque J. V. Doctor et Ordinarius Univerſitatis ſtudii Lipſienſis, compoſuit Concordantias in Jus Saxonum, Municipale, Provinciale et Feudale. Et regulas ſucceſſionum de Jure Saxonico. Obiit ille Epiſcopus Anno 1466.

Compendium actionum ad proceſſum Juris, quod dicitur Richtſteig tribuitur *Georgio de Kerchow* Saxoni. Sed ex antepenultima gloſſ. Landrecht lib. 1. Art. 61. apparet *Burchardum* de *Mangelfelt* ejus auctorem eſſe.

Burchardus de *Mangelfelt* J. V. et Sacræ Theologiæ Doctor, et facri Palatii *Ottonis II.* Imperatoris Quæftor, illuftravit Jus Provinciale Saxonum. Sic Corpus Juris Saxonici compilatum eft atque congeftum.

CAPVT XIV.

Confutatio fententiæ *Alberti Crantzii*, qui negat conftitutas leges juris Saxonici per *Carolum* effe.

Albertus Crantzius impugnat hæc, quæ pofui de auctoribus Juris Saxonici, libr. 2. Saxon. cap. 21. ubi fic fcribit: In commemoratione autem rerum a *Carolo* geftarum prætcrire non debemus, quod gens noftra de illo inflatis prædicat buccis, dediffe illum leges Saxonibus, quæ in Codice, quod Speculum vocant, exftent recollectæ, et id quidem refert gloffator in 810. a nato Chrifto, feptimo vero ejus imperii anno, ut memorat in arce Saffenborgk.
I. Primam commenti fufpectionem fecit, quod annos Chrifti et *Carolini* Imperii gloffator ille perturbat. 801. enim factus eft Imperator *Carolus*, et ideo 10. Chrifti erat quoque 10. Imperii.
II. Deinde quod diligentiffimi fcriptores illorum temporum nullam ejus rei faciant mentionem: cum multo minora plurima commemorant.
III. Nec erat illa in populo barbaro civilitas, ut leges initio requirerent, præter eas, quæ univerfo orbi fatis erant.
IV. Occultum tamen judicium, quod vocant, facile crediderim eis permiffum propter cervicis duritiem: fed redactas novas leges in Codicem, non facile credo, nifi alia mihi documenta referantur. Nam et nomen prodit effe collectitium Codicem de multis obfervantiis gentis: quomodo et feudorum ufus non ab Imperatore dati, fed ab Oberto defcripti, ufum et obfervantiam meruerunt. Cum enim per ætatem in gente crevit civilitas, crevit etiam legum obfervantia. Inde factum eft, ut quæ per tempora ufu funt approbata, demum funt in

Codicem

Codicem redacta: cui ad auctoritatem consciscendam falso est *Caroli* nomen adscriptum, idque ut credam, facit multorum in textu, plurimum vero in glossis puerilis et indocta narratio. Nam temporum fuit uterque et Speculator et Glossator imperitus.

Ad quæ responderi potest:

I. Scribentium incuria erratum esse potest in annorum numero. Sed testimonio *Ottonis II.* Imperatoris a *Carolo Magno* inde Saxones habent leges suas in unum Codicem collectas. Præterea exstant jam leges Saxonum tempore Francicorum Imperatorum unum in librum collectæ, quas Anno Christi 1557. *Johann. Herold Basileæ* edidit.

Et *Ludovicus* imperator, *Lotharii* Imperatoris filius, Anno Christi 850. collecto conventu Jurisconsultorum Saxonum leges emendavit, ut *Aventinus* testatur.

II. Omnes scriptores rerum *Caroli Magni* mentionem faciunt aliquot legum Saxonicæ gentis per idoneos homines conscriptarum sub Francicis regibus.

III. Nec solum cum reliquis Germanis et universo orbe naturæ legem observarunt, sed et suas easque honestas habuerunt consuetudines, quæ sane legis vim obtinuere, ut ex *S. Bonifacii* Moguntinensis Archiepiscopi epistola aliorumque annotatis perspicuum est. *Crantzii* igitur cavillationem minus sobriam esse his documentis ostendere volo.

CAPVT XV.

De statua Rolandina.

Inter præcipuos bellorum duces *Carolus Magnus* habuit quendam, cui nomen *Rolandus*. Is erat de Anglevorum familia, natus patre *Milone Anglevo*, et matre *Berta*, *Caroli* sorore, Comes Blavii et limitis Britannici præfectus, vir summæ virtutis, qui Anno Christi 778. siti periit, cum in quadam expeditione Hispanica

exercitus ejus opprimeretur insidiis Vasconum populorum, in Runcivallo montium Pyrenæorum.

Hujus *Rolandi* industria et opera dicitur *Carolus* potissimum usus in gravissimis bellis, perque ipsum devictis Saxonibus libertatem, jura et immunitatem concessisse. Quapropter erecta pedestri vel equestri statua, in celebriori Saxonicarum urbium loco a Rebuspubl. honestatus est. Pedestrem ejus statuam in his (nam et in aliis regionibus ejusmodi libertatis signa ac statuæ visuntur) Diœcesibus reperies, Magdeburgi, Halæ, Halberstadii et Bergæ, equestrem vero Haldenslebii in publicis foris.

Hæc statua Cataphractaria sub aperto cœlo strictum gladium dextra manu tenens, sinistra vero pugionem ut Magdeburgi, vel alioquin armis equestribus communita, ut Haldenslebii; significat earum urbium avitam libertatem et privilegia adversus omnem vim hostilem hactenus inviolata conservari. Reclinans vero ad publicam aliquam civitatis domum, ut Halæ, Rebuspubl. istis plerasque immunitates sive per excitatam seditionem, sive propter injuste usurpata superioris sui Magistratus jura, ereptas docet, quemadmodum suo loco dicemus.

Fabricabantur olim hæ statuæ ex querna arbore prodigiosæ altitudinis, et vulgo *Rolandi* nuncupabantur. Ein Rolandt. Unde apud nostrates proverbiali locutione prodigiosæ et giganteæ proceritatis homines *Rolandi* vocantur, perinde ut iidem apud Romanos Maximini Caligæ dicuntur.

Sed quia ligneæ vetustate et carie absumuntur, lapideæ sunt restitutæ. Magdeburgi remota lignea cariosa lapideam coloribus variegatam distinctamque substituerunt Consules *Heitzo* Rulves, et Hans Mauritz sub *Friderico Bichlingio* Archiepiscopo Anno Christi 1459. Eandem curarunt postea Anno Christi 1539. renovari expensis S. P. Q. M. Consules *Johannes Schyringus* Legum Doctor et *Heine Alemann* incisa æri affixo succincta hac Sabellici historia.

Carolus victor, cum victorem in Galliam exercitum ex Hispania reduceret, circa Pyrenæum in Vasconum populorum insidias incidit,

cidit, et per diem iniquo loco dimicans occubuit omnium Gallorum fortiſſimus, *Rolandus Caroli Magni* ex *Bertha* ſorore nepos, cujus fama plus quam heroica manavit ad poſteros fortitudo. Periit vero ille vir fortiſſimus poſt ingentem ſuorum ſtragem, nec ferro, ut ajunt, ſed ſiti: fuitque idem *Rolandus Blavii* Comes, et *Anglevus* ex *Milone Anglevo* patre natus et *Blavii* ſepultus, cum gladio ſuo ad caput et cornu ad pedes ſuſpenſo.

Hominum memoria hæc Rolandina ſtatua Magdeburgi ſtabat eo loco, inter ſtatuam *Ottonis* primi et domum magiſtri fori, ubi piſces aliunde advecti venum exponuntur hodie: Inde quia ob humilitatem cænoſus erat locus, nec lapidibus ſtratus, reducta eſt in eminentiorem. Statua, quæ Haldenslebii equeſtris eſt, ponitur Anno 1528. et circumvolvi poteſt.

CAPVT XVI.

De Halberſtadio Civitate.

Translatio Epiſcopatus Oſtervicenſis in Halberſtadt.

Anno decimo poſt confirmationem limitum Epiſcopatus Oſtervicenſis, Imperio vero *Caroli* 13. et *Leonis III.* Pontificis Romani 18. anno: *Hildegrinus* Epiſcopus ex Oſtervico Epiſcopalem ſedem tranſtulit Halberſtadium, poſtquam iſthic ſtetiſſet annos 33, idque de conſenſu *Caroli*, non autem monitu alicujus angeli, ut ſuperſtitioſe creditur, ſed quia Chriſtiano populo creſcente et templum requirebatur amplius, et locus propagationi Eccleſiæ Dei ad Vandalos commodior.

Halberſtadium Urbs.

Vetera Diplomata *Ludovici Pii* Imperatoris teſtantur ex Oſtervico per *Carolum* tranſpoſitam ſedem Epiſcopalem ad Holtemmam

 rivulum

rivulum in pago Harlingou ejusque ufibus et juribus five infpectioni adfcriptos fimul fuiffe pagos Darlingowe, Harcingou, Hardgou, Haffingou. Sed pagi illi non tantum funt rufticani vici, ut in Annalibus voculam iftam interpretati funt: Verum pagus fignificat ditionem feu regionem circa flumen aliquod, quæ multis conftat vicis, cujusque fubditi iisdem legibus, inftitutis et moribus utuntur, feu eodem continentur jure, ut ex *Cæfare* et *Cornelio Tacito* apparet. Pagus enim a πάγος Dorice pro πηγη, quod fontem fignificat, unde et fontium accolæ Pagani *Servio* dicuntur. Germani quoque fluviolos Græca imitatione *Pach* vocant. Talem pagum feu ditionem five diftrictum hodie appellamus ein Gerichte, ein Amt, five ein Orth Landes. Ut et Helvetii diftincta fua territoria Orther nuncupant. Rhenani vero populi ein Gew, nos craffius Gau, idque vel ab ultima fyllaba γῆ vel a γέος v. terra, feu ab Ebraico גיא v. vallis ein Thal, ein Au. Sic caftrum ac monafterium Gröningen ac Wulfferftedt, vicus quidam in diftrictu Crottorff. Similiter et Upling caftrum haud procul ab Hamersleve ultra paluftria Otterslevica leguntur fita in pago Hartgow. Halberftadium vero et Derneburg in pago Harlingow, ut ex donationum litteris confpicuum eft. Non igitur intelligatur Epifcopalem fedem translatam in vicum quendam rufticanum Harlingow, fed in ditionem hanc tot territoriis diftinctam, cui deinde attributi funt plures aliquot pagi, fuper quos Epifcopus infpectionem habuit, et ex quibus a fundationis exordio fuos annuos proventus percepit, donec ex piorum liberalitate atque contributione pluribus bonis ditatus et amplificatus eft Epifcopatus ille.

Cæterum in territorio Harlingow ad Holtemmam *Hildegrinus* templum condidit, juxta quod ex fingulari hominum devotione augefcere cœpit habitantium numerus, unde poftea civitas orta eft, quæ jam dicitur Halberftadt, de cujus appellatione diverfæ funt fententiæ. Annales enim tradunt, ante paucos annos adhuc exftitiffe limites et indices lapideos, quibus circumfcripta fuerit per *Carolum Magnum* futura civitas, fed quia morte ipfius *Caroli* impedita fuerit

integra

integra ſtructura, urbs nomen accepit Halberſtadt, quaſi dimidia urbs. Deinde cum *Carolus* et *Hildegrinus* in confluente Albis et Orhæ deliberarent de Epiſcopatu transferendo ad Holtemmam, nomen dediſſe Halberſtadt, quaſi Albis et Orhæ civitas, cujus Epiſcopatus ad Arcton terminaretur Albi et Orha fluminibus.

Eruditiores vero, inter quos eſt *Lutherus*, ab *Alberto* fundatore ſic dictam putant, qui fortaſſis unus ex Comitibus de Regenſtein fuit. Eorum namque ab antiquis temporibus omne illud territorium pene fuit, quod civitas Halberſtadt jam comprehendit ſuis mœnibus. Et vulgo ajunt, *Albertum* Principem quendam Hercyniæ permiſiſſe *Carolo* fundationem Eccleſiæ in Oſterwick, qui haud dubie ad Holtemmam reſederit in arce, cujus muri ruinoſi etiam hodie viſuntur in monaſterio *D. Johannis* extra urbem. Apud hunc poſt 33. annos tandem *Hildegrinus* facile obtinuit commodiorem ſui Epiſcopatus locum.

Sita eſt hæc urbs in loco acclivi, et in utraque ripa Holtemmæ fluvii habitatur. In ripa editiori ad Auſtrum et dextram deſcendentis rivuli planicies quædam eſt longitudine unius ſtadii muro circumſepta. In hanc ubi ab ortu Solis aſcenditur, ſummum eſt templum, cui adjacet a parte Boreali ſacellum, quod veterem Eccleſiam Cathedralem vocant. Ex adverſo ubi in occiduam plagam hinc per præcipitium deſcenditur, Collegiata eſt Eccleſia D. Mariæ Deiparæ virginis, contiguam habens aulam Epiſcopalem cum peculiari ædicula ſacra. Inter has Eccleſias utrimque muro adhærent Canonicorum domus, ex quibus eſt jucundiſſimus proſpectus in objectum ſpatium, quod habet fontem per aliquot fiſtulas deſilientem, ex vicino agro per Canales ſubterraneos introductum. Hic locus ab aula Epiſcopali cognominatur vulgo In der Burgk. Ad hoc caſtrum civitas exſtructa eſt circumquaque, ita ut ſummum templum cum adjunctis ædificiis locum urbis ferme medium obtinere videatur.

Muros habet vetuſto more et opere exſtructos, neque fortes, neque altos, juxta quos extrinſecus turres per intervalla diſponuntur,

tur, non admodum quidem proeminentes, ſed in belli uſum tamen perquam commodæ. Intrinſecus tranſitus eſt omnino liber, nullis ædificiis impeditus, ſuperiori in parte muri circumire licet. Foſſæ binæ ſed ſiccæ et inæquales, quæ neque profundæ neque muratæ vallo diſtinguuntur.

Civium frequentia et populi multitudine ampliſſima eſt, et domorum magnificentia earumque ſtructura et æquali ordine in plateis ſpatioſis ac directis, non facile celebrioribus civitatibus Saxonicis cedens. Pleraque ædificia cum multis auguſtiſſimis baſilicis et ipſis mœnibus ex lapide quadrato educta ſunt, qui in vicinia exciditur.

Univerſa civitas in tres dividitur partes. Altera vicus occiduus, das Weſtendorff. Hæ Senatui parent. Tertia Advocatia ſubditur præfecto Epiſcopi, quem Majorem vocant, den Meier. Paullatim in tantum ſplendorem crevit hæc urbs, ut connumeretur inter civitates Henſicas, ſive ſocietatem Emporicam. Nam etſi non adjacet navigabili fluvio, tamen hanc civitatum ſocietatem conſtat non ob negotiationes et mercaturam ſolum, ſed etiam propter pacem et Reipubl. tranquillitatem atque obedientiam civitatum eſſe inſtitutam.

In his tribus partibus cives tam patritii quam plebeji ſub Præfecto Epiſcopi ac prudentiſſimo Senatu degunt tranquilliſſime, pacis ſtudio, morum urbanitate et bellica virtute commendati, qui facultates ſuas parant cum ex agricultura atque cereviſiæ coctione, tum rebus negotiisque inter ſe aut cum vicinis contrahendis, non autem commerciis externis et ingentibus lucris quæſtibusque ſingularibus faciendis.

Quam vero dediti a tot retro ſeculis ſemper Chriſtianæ religioni fuerint, teſtantur translatio ſedis Epiſcopalis ex Oſtervico: Exſtructio tot templorum, et fervor ille maximus in Evangelica veritate amplectenda, quam primo omnium iſthic docuit *Jodocus Otto* in Eccleſia Martiniana Anno Domini 1540. feria ſecunda Pentecoſtes, donec ſequenti anno ei in miniſterio adjungeretur Autor *Lampadius* Sacræ Theologiæ Licentiatus.

TEM-

TEMPLA

In castro In der Burg.

I. Summum templum cum adjunctis Capellis in ambitu et una in Syndicatu.

II. Vetus Dominium der alte Dohm.

III. Ecclesia collegiata D. virginis.

IV. Sacellum in aula Episcopali.

In his Pontificii tantum tractant sua sacra.

In Jurisdictione Senatus. Im Weichbilde.

I. Ecclesia Parochialis *D. Martini* ad forum civitatis. Hæc unica est, in qua sonat vox incorruptæ doctrinæ de agnitione Christi et vera invocatione Dei propter mediatorem, resectis omnibus erroribus idololatricis.

II. Collegiata et Parochialis Ecclesia *D. Mauritii.*

III. Collegiata et Parochialis *S. Pauli.*

In his duabus peractis Evangelicorum ceremoniis et concione Pontificii suos ritus exercent.

In vico occiduo im Westendorff et Advocatia in der Vogtey.

I. Collegiata *D. Bonifacii.*

II. Parochialis extra urbem in Monasterio *D. Johannis*, et hic doctrina pura tradita, monachi in choro Baal adorant, Maosin suo sacrificantes.

III. Monasterium Minoritarum.

IV. Fratres tyronum Trolbrüder.

V. Templum Alexii.

VI. Monasterium Nonnarum *D. Burchardi* extra urbem.

VII. Monasterium *D. Nicolai.*

VIII. Virgines in porta, Pforten-Jungfrauen.

IX. Spontanei pauperes, die willigen Armen.

X. Sorores *Alexii.*

XI. Conventus minor, Lütcke Convent.

XII. Capella *D. Jacobi* juxta civitatis portam, a lata via cognominatam.

XIII. Capella *D. Thomæ* prope portam *Borchardi.*

XIV. Capella *Laurentii* in porta, quæ a tenebris nomen habet. Auffn düstern Thore.

XV. Capella in porta alta. Auffn hohen Thore.

XVI. Monasterium Paullinum.

Hæc templa partim cultui Pontificio patent, partim occlusa sunt et desolata.

Extra urbem sunt:

I. Mons D. Virginis.

II. Templum Boslevense.

III. Templum Weibiscum.

IV. Ecclesia Nicolai. Hæ basilicæ sunt ruinosæ et collabuntur, cum nullus eo amplius sit concursus hominum.

A Meridie hæc civitas ad duo milliaria initium habet Hercyniæ anterioris. Interjectus ager prope urbem omnis generis frumenti feracissimus est, cui adjacent non ultra jactum bombardæ monticuli lapidei, inter quos rupes quædam cellam Solitarii incisam habet. Monticulis vineæ et alii horti adjacent.

A Septentrione juxta præterlabentem Holtemmiam planities est pascuosa, cui ager frumentarius subjicitur, ex quo ascendunt per viam arduam monasterium *Huiseborgk*, e regione urbis ad milliare unum in editiori parte montis *Hui* situm, de quo supra diximus.

Ex hac urbe majores nostri in hac Orientali Saxonia ad agnitionem filii Dei vivi, et ad Christianam religionem paullatim adducti sunt. Ea est omnium prima Paræcia, in qua Magdeburgum et universa vicinitas hæc per *Hildegrinum* Episcopum ejusque ministerii socios cœlesti doctrina imbuta fuit. Diligenter namque ipse docuit, ac ne in officio impediretur, se vere interdicitur peculiari diplomate a *Ludovico Pio* Imperatore, qui patri *Carolo Magno* in Imperio successit, altero hujus translationis anno, Christi vero 815. anno.

CAPVT

CAPVT XVII.

De doctrina et gubernatione *Hildegrini* Episcopi.

Supra in fine capitis III. et in vita *Luidgeri* Episcopi Monasteriensis, instituermus narrationem de vita *Hildegrini* primi Episcopi Halberstatensis, ostendentes, qui ejus fuerint parentes, per quos a pueris edoctus, unde accersitus, quave occasione *Carolus* Imperator ei hunc Episcopatum commiserit: Sed abrupimus cœptam narrationem quarundam rerum explicandarum gratia. Idcirco nunc eo revertemur, unde digressi fuimus, ac dicemus de doctrina et gubernatione ejus. In omnium enim historiarum lectione præcipue duo sunt consideranda; I. quales regnorum mutationes et quibus de caussis exstiterint? II. Quomodo Deus inter tot gentium confusiones Ecclesiam inde usque ab initio collegerit et servaverit, et adhuc colligat et servet eam. Hæc duo adeo observatu sunt necessaria, ut, quemadmodum *D. Philippus Melanchthon* alicubi scribit, Deus excitavit ob has ipsas solummodo causas quosdam, qui singulari studio historias seu res gestas scribere cœperint, ne videlicet memoria admirandæ Dei potentiæ in gubernanda Ecclesia et transferendis regnis apud posteros prorsus interiret.

Quæ autem fuerit doctrina, et in Episcopatu gubernatio ejus, paucis operæ pretium est hic indicare ex ejus temporis historiis et Doctorum Ecclesiæ scriptis, præsertim ex legibus Ecclesiasticis *Caroli Magni* et *Ludovici Pii* Imperatorum, et ex statutis Synodorum, quæ *Hildegrinum* diligenter servasse nullum omnino dubium esse potest.

Cum ab Ascensione Christi ad cœlos Ecclesia Dei per prædicationem Evangelii non solum in Asia, ut Hierosolymis, sed etiam universa Africa et Europa per Apostolos eorumque discipulos statim propagaretur, quemadmodum *Johannes* Apostolus, Apocalyps. 5. dicit: Redemisti nos per sanguinem tuum ex omni tribu et lingua,

et populo et natione. *Paullus* vero ad Coloff. 1. Evangelium prædicatum eſt apud univerſam creaturam, quæ ſub cœlo eſt, dicit: Accidit, ut ejus quoque quædam quaſi ſemina et fundamenta in multis Germaniæ ſuperioris locis jacta ſint, et Eccleſiæ aliquot inſtitutæ per *Lucium Cyrenenſem* et *Marcum*, *Paulli*, Apoſtoli collegas. Item per *Rubertum*, *Columbanum*, *Gallum*, *Chilianum* atque alios viros apoſtolica doctrina et vera religione imbutos, ac inſigni vitæ ſanctimonia præditos, nec non ardentiſſimo zelo divini cultus inter χρυσολάτρας καὶ ξυλολάτρας Germanos, propagandi flagrantes.

Verum ab diaboli furorem, et ob gentis Germanicæ ferocitatem ac diu asſuetas ſuperſtitiones, atque adeo ob penuriam vigilantium et diligentium doctorum tardius omnia ſunt progreſſa, præſertim quod Borealem hanc Germaniam attinet. Sed poſtquam illuxit tempus, quod Dominus præfinivit ſuæ miſericordiæ, majori cum fructu res proceſſit. Excitavit enim Deus *S. Bonifacium* Archiepiſcopum Moguntinum cum collegis et diſcipulis, et pios quosdam Reges Franciæ, *Marcellinum* v. c, *Pipinum* et *Carolum Magnum*, quorum doctorum non ſolum aſſidua diligentia ac indefeſſo ſtudio, verum etiam regum victoriis, edictis et inſtitutione ſcholarum atque Eccleſiarum, tandem ad Saxones veræ religionis propagatio facta eſt.

Claruit autem iſte *Bonifacius* temporibus *Caroli Martelli* et *Pipini* regum Anno Chriſti 730. circiter. Natione erat Anglus, e regia ſtirpe natus, *Richardi* nimirum regis Anglorum frater. Primo in Angliæ quibusdam monaſteriis litteras ſacras et profanas edoctus in Hollandiam ſe confert et in monaſterio S. Crucis prope Ultrajectum aliquamdiu exiſtens in Archiepiſcopum Moguntinum a Pontifice Zacharia eligitur, cum poſt multos labores et pericula, partim rejecto idololatrico cultu in novis templis et Eccleſiis apud quosdam Saxones, Danos et Sclavos inſtituendis, partim in reformandis eccleſiis apud quosdam Bavaros, Noricos, Francos, Heſſos, Thuringos et Friſios Chriſtianiſmum utcunque propagaſſet. Eadem fere ejus doctrina fuit, quæ in *Bedæ* monachi Anglici (ob pietatem,

mode-

modestiam, castitatem et doctrinam Venerabilis dicti) scriptis continentur. Hanc siquidem amplexus est studiose perlectis operum ejus tomis. Ipse *Beda* autem cum plurimis aliis sui seculi scriptoribus doctrinam de Trinitate diligenter quidem illustravit, verum errores quosdam Pontificios docuit et approbavit, nempe: de Primatu Pontificis, purgatorio, libero arbitrio, Sanctorum intercessione, operum necessitate ad salutem, invocatione Sanctorum, cultu imaginum, cœlibatu, traditionibus humanis, Monastica vita, oratione et missis pro mortuis, reliquiis et festis Sanctorum et similibus nugis verbo Dei contrariis, quas ex somniis et visionibus monachorum et *Gregorii Magni* dialogis hausit. *Carolus Magnus* quidem plerosque abusus, ut cultum imaginum, pluralitatem festorum, psalmodiam, cantum et Missam apud plebeculam simplicem pastoribus prohibuit exercere. Verum superstitio ita invaluit, ut traditiones humanæ præferrentur divinis scriptis.

Hi vero errores et nonnullæ aliæ opiniones minus commodæ contra expressum Dei verbum post *Irenæi* tempora etiam in Germaniæ Ecclesiis, ut ante alibi, sparsæ sunt.

Sed ut Deus ab initio excitavit quosdam Apostolico spiritu præditos, qui erroneis opinionibus Hæreticorum et Anti-Christi reclamarunt: Ita et his Dæmoniorum doctrinis et *Bonifacii* fraudibus, quas ipse propter tantorum virorum dona et auctoritatem acceptavit et miratus est, plurimi Apostolicæ doctrinæ et sinceræ religionis viri se opposuerunt, easque ut dogmata falsa et superstitiosa confutarunt. Tales fuerunt in Galliis *Clemens Scotus*, *Samson Scotus*, *Albertus Gallus*: In Germania *Victorinus*, *Bertherus*, *Anobertus* et *Hunfredus*, Sacerdotes et Episcopi Thuringici. *Eremnulpha* Bavarus sacerdos, *Gebolibus* Wormatiensis, *Virgilius* Salisburgensis et *Sidonius* Passaviensis Episcopi. Sed hi omnes et complures alii a *Bonifacio* confictis calumniis, vi et auctoritate tam sua quam Pontificum, Imperatorum Francicorum ac principum quorundam sunt oppressi.

Porro habuit *Bonifacius* inter reliquos ex Anglia evocatos sectatores et laborum socios *Gregorium* quendam. Is in Collegio S. Crucis prope Ultrajectum Abbatem egit, antequam surrogaretur *Bonifacio* in Archiepiscopatu Moguntinensi. Ab hoc in monasterio Ultrajectensi litteris et doctrina imbutus *Hildegrinus*, ut supra, non alia dogmata proponere populo potuit, quam quæ ex præceptore suo, item ex *Bedæ*, *Alcuini* aliorumque commentariis didicerat. Eorum namque homiliis usum fuisse ipsum non est dubium, cum idem Gallici et Italici sacerdotes factitarint, quos Germani etiam Imperatorum legibus et conciliorum statutis postea coacti sunt imitari.

Et quanquam *Hildegrinus* plurimis incommodis opinionibus imbutus fuit, tamen quæ bene in ministerio suo egit, minime reticenda sunt, et grata mente ejus apud posteros memoriam conservari decet. Ejus autem gubernationis in Episcopatu et in Ecclesia operas cum Annales ignorent, ex historiis et scriptis Ecclesiæ doctorum ejus temporis, imprimis vero *Caroli Magni* et *Ludovici Pii* legibus Ecclesiasticis colligere atque annotare summatim volo.

I. Destructis simulacris Crodone et Venere Myrtia, cultum idololatricum penitus abrogavit, non sine labore et periculo, cum avitæ et diu assuetæ religionis mutationem iniquo animo ferret populus Saxonicus, atque ideo subinde novam religionem levissima occasione data excuterent, sumtis armis amissam libertatem recuperaturi, ut paullo ante diximus.

II. Ipse Episcopus suæ tantum Ecclesiæ juxta Canones præfuit, et cum Presbyteris, Diaconis et aliis Collegis gubernationis onus una subiit.

III. Subversis Idolorum fanis, Ecclesias alias plurimas singulari prudentia ex liberalitate et contributione piorum exstruxit. Sic Ostervici templum construxit, post Episcopatum Halberstadium transfert, ibique templum ædificat in honorem *S. Stephani* et *Sixti*. Complevit et aliud quoddam vicinum a fratre *Luidgero* inchoatum, et *D. Paullo* et *Johanni* Apostolis dicatum. Præterea in agris passim

paſſim 35. Eccleſias e fundamentis eduxit, ut habent Annales. Singulis Eccleſiis ſuas addidit ſcholas litterarias, et accerſitis viris doctis ſtudia excitavit.

IV. Ipſe quoque docendi munere functus eſt, ſibi in animum revocans illud *Gregorii*: Iram contra ſe occulti judicis excitat ſacerdos, ſi ſine prædicationis ſonitu incedit. Docuit autem cum collegis, laboris et miniſterii ſociis, Symbolum Apoſtolicum, Decalogum et Orationem Dominicam potiſſimum. Has partes Catechiſmi autem explicavit juxta normam S. Scripturæ, ſicut ei Patronus ſuus *Carolus Magnus* publico reſcripto mandat, quod exſtat in iſto libro, qui Anno 1550. Pariſiis eſt editus de decretis *Caroli Magni* et *Ludovici Pii* Imperatorum, ubi ſic ait: Veſtrum eſt videre dilectiſſimi et venerabiles Paſtores et Rectores Eccleſiarum Dei, ut presbyteros mittatis per Parochias veſtras, ad regendum et ad prædicandum per Eccleſias veſtras, populum Deo ſervientem, ut et recte et honeſte prædicent, et non ſinatis nova vel non Canonica aliquos ex ſuo et non ſecundum ſcripturas ſacras fingere et prædicare populo: Sed et voſmet ipſi utilia, honeſta, et recta prædicate, aliosque inſtruite, ut hæc eadem prædicent.

V. Severam diſciplinam exercuit apud omnes, cujuscunque ſtatus et ordinis, et tam ſummorum quam infimorum in *Laicis* et *Clero* peccata acriter reprehendit. Sic ſcilicet cum pietate veram ſimul morum probitatem propagans. Proinde interfuit etiam *Synodo* illi, quæ Aquisgrani Anno a Chriſto 816. per *Ludovicum Pium* Imperatorem coacta. Ex *Hieronymi*, *Auguſtini*, *Proſperi*, *Gregorii Magni*. Et *Iſiodori* ſcriptis, et ex Canonibus Conciliorum duos libellos compoſuit: Unum de vita, moribus et officiis hominum religioſorum, Monachorum, Clericorum et Canonicorum: Alterum de moribus et diſciplina Sanctimonialium.

Hos libellos *Regulam* dici ac in Eccleſia Paderbornenſi adhuc aſſervari *Crantzius* ſcribit Metrop. 1. cap. 26. *Nauclerus* Generatione 29. *Mutius* libr. 10. vid. II. Conciliorum Tomum. Falſum vero eſt, quod Annales affirmant, eidem *Synodo* cum ipſo

ſimul

ſimul adfuiſſe *Luidgerum* fratrem, *Wilbertum*, *Willebrodum*, *Columbarium* et *Albinum*, cum nullus eorum tum vixerit, nec in Concilii catalogo numeretur.

VI. Sacramenta adminiſtravit. Beringum Anhaltinum Principem ab Ethnicifmo converſum baptizavit, qui *Caroli* nomen obtinuit deinde, quod a *Carolo Magno* e ſacro fonte levatus eſſet. Cœnam dominicam ſub utraque ſpecie diſtribuit omnibus tam *Laico* quam *Clerico*. Nec miſſam celebrare licuit, niſi plures eſſent communicantes. Vide ſupra librum nominatum cap. 38. 43. lib. 2. de corporis et ſanguinis Domini *Laicorum* communione.

Hæc et ſimilia alia juxta Apoſtolorum Canones et Conciliorum ante, et ſuo tempore actorum, utpote Niceni, Antiocheni, Chalcedonenſis, Neocæſarienſis, Sardicenſis, Ancyrenſis, Laodicenſis, Africani Carthaginenſis, Gamgarenſis et Aquisgrani conſtitutiones, atque Pontificum *Innocentii*, *Siritii*, *Leonis* et *Gelaſii* decreta in ſuo miniſterio exſecutus eſt.

Quapropter ejus memoriam grati conſervemus, Deoque gratias toto pectore agamus, qui hunc excitavit doctorem, per quem majores noſtros vere alienos a Deo et expertes rerum divinarum his in locis ad ſui filii agnitionem adduci voluit. Retinuit enim fundamentum Apoſtolorum cum auro ſuperædificato, h. e. Articulos fidei ſeu ſummam doctrinæ Chriſtianæ, et doctrinam de beneficiis Chriſti et utiles quasdam S. Scripturæ explicationes, a veteribus doctoribus traditas cum veris cultibus ſpiritualibus, id quod abunde *Caroli Magni* et *Ludovici Pii* Imperatorum ſtatuta et decreta probant et conteſtantur. Stipulas vero, ligna et lapides v. cultus traditionum humanarum, it. ſuperſtitioſas conſtitutiones et opiniones quasdam incommodas, quæ ſemper aliquid erroris habent, condonemus potius ætatis iſtius rationi, quam ingenii ejus vitio. Quo enim longius ab Apoſtolorum ætate receſſum eſt, eo plus ſtipularum puritati doctrinæ acceſſit. Et ſtipulæ ſemel ſparſæ ſuperioribus ſeculis a ſequentibus doctoribus retentæ ſunt et approbatæ.

CA-

CAPVT XVIII.

De *Ludovico Pio* Imperatore Romano.

Anno 796. successit *Adriano* Pontifici *Leo III.* Papa et praefuit annis 20. Sed Pontificatu dejectus per *Carolum Magnum* restituitur. Pro quo officii gratiam relaturus *Carolum* in Basilica *D. Petri* declaravit Imperatorem Romanum publico S. P. Q. R. consensu. Quidam *Carolum* ante id ignorasse ferunt. At probatissimae fidei historici, quorum e numero sunt *Alciatus* JCtus et *Paullus Aemylius*, hi testantur, ipsum *Carolum* curasse, se per usitatam illam ubivis gentium ceremoniam publicae acclamationis populi, coronationis atque unctionis per summum Pontificem declarari Imperatorem Romanum, gratia amplioris testimonii, majoris solennitatis atque auctoritatis, quod videlicet juste Romanum Imperium possideret, tam belli jure, quam Imperatorum Constantinopolitanorum legitima concessione. Per illos namque Imperialis majestas jam pridem in suam familiam translata fuerat, ut ex historiis Anastasii Constantinopolitani Imperatoris et *Clodovei* Francorum regis primi, deinde etiam ex transactione Irenes cum *Carolo Magno* conspicuum est. Confirmationis hujus solennitas celebrata est Anno 801. Regni Francici 33. Belli vero Saxonici 30. Sed in illa Imperiali dignitate obiit *Carolus* anno 13. Anno Christi 814. *Leonis* vero *Papae* 19.

In libro de formula Imperii Romani.

In historia Gallic.

Ab ejus morte *Ludovicus* solus ex filiis *Caroli Magni* superstes, et rex Aquitaniae ex patris delegatione et procerum Germaniae consensu, invitationibus et quasi confirmatione, quasi hereditario jure patri in Imperio successit. Et post biennium a *Stephano IV.* Papa coronatur more accepto a *Leone III*, et *Carolo Magno* patre, qui primi omnium hunc publicum coronandi morem ab Orientalibus in Occidentale Imperium introduxerunt. Ut autem illa coronatio regis Orientalis nihil aliud erat, quam signum legitimi Imperii: Ita renunciatio illa Pontificia non tribuit imperium, sed testifi-

Rer. Germ. Tom. I. Torquatus. Z ca-

catur tantum perſonam illam coronatam eſſe juſte potitam Imperio, perinde ut Romæ Conſulatus dabatur ſuffragiis Senatus et militum. Sed is, qui proximo anno conſul fuerat, publice indicavit, quis eſſet electus. Ejusmodi exempla adhuc multa ſunt in uſu, ut in plerisque oppidis horum Epiſcopatuum Conſules ac reliqui viri Senatorii creati proclamantur, et per præconem convocatis civibus indicantur, qui hac ſua voce certe electis non tribuit officia, ſed tantum ſignificat conſenſu eligentium hos indicatos eſſe agnoſcendos ipſorum Magiſtratum ejus anni.

Cæterum *Ludovicus* Imperator clementiam et pietatem ſuam, quarum nomine potiſſime celebratur et *Pii* cognomentum accepit, egregie his in rebus præſtitit. Primo, quod Saxonibus ex nobilitate et præcipuæ auctoritatis, quos in Galliam Belgicam traduxerat pater, redeundi poteſtatem ad patrios lares dederat, migrantibusque has patrias leges: Ademtam Teſtamenti factionem et Jus inteſtatis reſtituit. Itidem honores Magiſtratusque ante ſolum alienigenis attribui ſolitos. In Francia vero manentibus nullum omnino etiam ſupremæ voluntatis teſtandæ jus reliquit. Qua clementia univerſam gentem illam ad omne obſequium ac fidem arctiſſime ſibi devinxit. Deinde patris ſui privilegia Epiſcopatui Halberſtatenſi conceſſa novis iisque auctis indultis rata firmaque habuit. Et ne quis Epiſcopum in ſuo miniſterio impediat quoquo modo, interdixit ſeveriſſime.

Eſt et hoc non vulgare pietatis argumentum, quod ex Picardia Galliæ regione collegium monachorum ſanctitatis et eruditionis opinione præſtantium e Monaſterio Corbeja ad Somam flumen prope Ambianum civitatem Epiſcopalem ſito, transtulit in Saxoniam iisque aliud cœnobium ejusdem nominis exſtruxit in Padebornenſi Diœceſi ad ripam Weſeræ fluvii ulteriorem. Hoc cœnobium ordinis *S. Benedicti* primum omnium eſt in hac Saxonia Orientali inſtitutum, quo non parum religio Chriſtiana in his locis eſt propagata. Schola namque erat, in qua adoleſcentes idonei exercitiis pietatis, ſtudiorum liberalium ac optimorum morum enutriti et informati

mati deinceps ad gubernationem et propagationem Ecclesiarum et Christianæ religionis utiliter adhibebantur. vid. Chronic. Hirsaugiens.

Id vero ideo hic significandum duxi, quod eo exemplo, rebus nimirum et moribus publicis utilissimo commoti Episcopi et alii Principes viri in Saxonia, idoneis postea locis scholasticos cœtus instituerunt, eosque pio sane studio amplissimis bonis locupletarunt, et immunitatibus peculiaribus donarunt, ne et sumtus necessarii discentibus et honestum otium deesset.

Initio namque docentium et discentium contubernia fuerunt Ecclesiarum collegia, quorum opes et luxus cum cresceret, docendi provinciæ familiis Monachorum Benedictinorum et Bernhardinorum delegatur. Sed et ex Pontificiis legibus atque superstitionibus deditæ operas scholasticas reliquerunt mendicantibus monachis, per quos tandem et sincera pietas cumulatis superstitionibus, et litteræ bonæ introductis barbaricis studiis amissæ coëgerunt bonos Principes instaurare doctrinis atque disciplinis exercendis publica loca atque domicilia, quæ nunc veteri consuetudine, Collegia, appellant. Eorum apud Germanos omnium antiquissima censentur Trevirensis in limitibus Galliæ, et Viennensis in Austria circiter annum nati Christi 1300. cœpta. Ab hoc tempore meliora studia et liberaliores disciplinæ paullatim reflorescentes nobis cœlestem doctrinam ab omnibus barbaricarum superstitionum inquinamentis et a fœda impiarum opinionum de Christo ejusque beneficiis spurcitie purgatam reddiderunt, auctoribus *Erasmo*, *Luthero* et *Melanchthone* divinitus excitatis.

Jussit *Ludovicus Pius* Imperator in linguam Saxonicam sacra Biblia transferri, quo et illitterati ipsorum librorum notitiam haberent, quemadmodum in superioris Germanicæ idioma Evangelistæ quatuor rudiori populo transpositi fuerunt sub *Carolo Magno* per monachum Wissenburgensem Otfridum. Non enim Deus ita scripturam tradidit, ut nemini aut perpaucis ad ejus lectionem tanquam ad folia Sybillæ aditus pateret. Nam omnium gentium linguæ a Spiritu S. dedicatæ sunt, ut sonent magnalia Dei. Et Deus omnes

Catalogus testium veritatis. *Tritenheimius* in libr. de scriptor. Ecclesiast.

omnes gentes per linguarum diverſitatem congregavit in fidei unitatem.

Haudquaquam igitur judicarunt illi duo acerrimi propugnatores veræ religionis Laicis interdicendum lectione ſacrarum litterarum cum *D. Hieronymus* ſuper Pſal. cap. 22. de ſui ſeculi Chriſtianorum ſtudio legendi ſcripturas dicat: Solent et viri, ſolent et monachi, ſolent et mulierculæ hoc inter ſe habere certamen, ut qui plus ediſcunt ſcripturas, in eis ſe putant meliores. Et *Chryſoſtomus* Homil. 49. in Matth. cap. 24. jubeat, ut omnes Chriſtiani ſe ad ſcripturas conferant, ſi probationem veræ Chriſtianitatis habere, et fidei veritatem cognoſcere velint.

Sub *Hildegrini* Epiſcopatu Pontifices Romani *Stephanus IV. Paſchalis I.* et *Eugenius II.* fuerunt. Hujus Pontificatus anno primo, Imperatoris *Ludovici* vero 10, Chriſti v. c, 824. die 19. menſis Junii obiit *Hildegrinus* Epiſcopus, poſtquam præfuiſſet ſuæ Eccleſiæ annos 47. Corpus ejus delatum eſt ad Werdenam Cœnobium Weſtphaliæ per ſe et fratrem *Luidgerum* a paternis bonis conditum.

CAPVT XIX.

De *Thietgrino* Epiſcopo ſecundo Halberſtadenſi.

Exequiis funebribus *Hildegrini* peracti,s mox *Ludovicus Pius* Imperator alium eccleſiæ Halberſtadenſi præſulem dedit, nempe *Thietgrinum* quendam, qui ab aliis Thiagrinus, a *Tritenheimio* Thiagrius vocatur. Is ſub regula *Benedicti* in cœnobio Werdena ad Ruram Weſtphaliæ flumen educatus, poſtea alio in loco fit Abbas. Unde translatus ſuccedit *Hildegrino*, cujus ex fratre nepos erat. Nusquam reperi, quod memoria dignum geſſerit in ſuo officio, ſed magna virtute doctrinaque præſtitiſſe ipſum ac ardentiſſimo zelo amplificandæ religionis ac diſciplinæ neceſſariæ flagraſſe, vel inde conſpicuum

ſpicuum eſſe poteſt, quod ejus recens inſtitutæ eccleſiæ ratio et Cleri diſſolutior vita talem quempiam requirebant. Multi namque inter Saxones Chriſtianorum ſacramentis ac fide initiati uberiori doctrina ac honeſtis vitæ exemplis confirmandi erant, ac vicini Sclavi Idololatræ invitandi. Inter quos quia Eccleſiaſtici ſuæ Diœceſeos ſcandalis et morum turpitudine non parum deformarent Eccleſiæ doctrinam, moderatis legibus diſciplina reſtituenda erat, qua ipſorum improbitas coerceretur.

Ac autoritas ejus tanta fuit, ut non inferior habitus fuerit iis Epiſcopis et Abbatibus, quos Eccleſia Germanica tum habuit, doctrinæ ac pietatis nomine inſignes. Interfuit namque cum quibusdam eorum dedicationi cœnobii Hirſavienſis. Et *Ludovicum Pium* Imperatorem juvit in conſtituendo Archiepiſcopatu Hamburgenſi, cui etiam autor fuit, ut Ansgarium Corbeienſis Collegii ad Weſeram monachum, ſibi ex vitæ conſuetudine notiſſimum, faceret Epiſcopum Hamburgenſem Anno Domini 833. Metropol. *Crantzii* lib. 1. cap. 20. et 28.

Quo demum factum eſt, ut hi συμβȣλεύται et fideliſſimi παραςάται in gubernatione eccleſiarum in Albis ripa laboribus indefeſſis ac maximo cum periculo conjunctis apud Sclavos Trans-Albinos agnitionem Chriſti propagarent. *Thietgrino* apud Orientales et Meridionales, *Ansgario* autem apud Aquilonares docendi Evangelii cura occupato.

Sub *Thietgrini* Epiſcopatu fuerunt in Romana Eccleſia Pontifices maximi: *Eugenius II. Valentinus*, *Gregorius IV.* Sub hoc Pontifice Regula Clericorum in frequentiſſima ſynodo Aquisgrani conſcripta eſt. Feſtum omnium Sanctorum in Eccleſia celebrandum inſtitutum. Et reliquiæ *D. Viti* Martyris de Pariſiis Galliarum in novam Corbeiam Saxoniæ tranſlatæ ſunt. Qua tranſlatione Gallici ſcriptores ſuperſtitioſe querulantur, Francorum gloriam ſeu ἀξίωμα Imperii Romani ad Saxones ſimul tranſlatum. Non enim tales religioſæ ſuperſtitiones vel ineptiæ proprie ſunt ἀίτια ſeu ἀφορμαὶ mutandorum regnorum, ſed alia longe graviora, de quibus Proverb. 28. et cap. 9. Propheta *Amos* inquit: Ecce oculi domini ſuper

per regnum peccans, ut conteram illud a facie terræ, cujus exempla habemus evidentissima Levit. 18. 4 Reg. 16. Idem quoque Ethnici contestantur, ut *Seneca* in Thyeste:

Ubi non est pudor,
Nec cura juris, sanctitas, pietas, fides;
Instabile est regnum.

Apparet autem ex historiis Carolinæ familiæ, funestissima bella civilia fuisse inter filios atque nepotes *Caroli Magni*. Item dissidia seu disjunctiones animorum ac distractiones voluntatum inter Principes Imperii. Bella non necessaria. Fœdera contracta tam spe potentiæ acquirendæ, quam studio opprimendi alios. Quibus accesserunt furiæ ultrices impietatis filiorum erga parentes in Carolina familia. Horum malorum omnium occasione peregrinæ gentes ad aggressionem ac dilacerationem invitatæ fuerunt. Nec finis erat irruptionum, donec Saxonici Imperatores non solum aucti viribus et animis, sed et virtute ac fortitudine præstantissimi eas gentes coercuerunt.

Non igitur Martyrum cadavera, sed hominum scelera mutant imperiorum statum, et regna transferunt.

Cæterum *D. Viti* ossium translatio facta est proximo anno, antequam *Thietgrinus* moreretur, cujus obitus incidit in annum Christi 838. Febr. 8. diem, postquam præsedisset Ecclesiæ suæ annos 14. Corpus ejus delatum Werdenam sepulcro *Hildegrini* fratris reconditur.

Biennio post hujus Episcopi obitum An. videlicet Christi 840. decessit Imperator *Ludovicus Pius* 12. Calend. Junii, Imperii 26.

CA-

CAPVT XX.

De *Haymone* Episcopo Halberst. III.

Haymo natione Anglus, consanguineus *Bedæ* et auditor *Alcuini* in Germaniam (sicut et alii Scoti atque Angli circa illa tempora fugientes Danorum sævitiam, qui irruperant in Britanniam, omnia fœde devastantes, *Balæo* teste) profectus, ob doctrinarum studia scholasticæ vitæ se mancipavit, ac Fuldæ simul cum *Rabano* admirandi ingenii viro familiarissime vixit. Postea in Abbatem Hesseldensem tertium eligitur. Inde per *Ludovicum Pium* Imperatorem surrogatur *Thietgrino* in Episcopatu Halberstadensi, ut nimirum suo quodam fato tertius quoque esset in ordine. Ad hunc Episcopatum accessit instructus litterarum cognitione, eloquentiæ studio et sanctitatis opinione singulari.

Ex Homiliis atque commentariis ejus in sacra Biblia videre est, proposuisse ipsum doctrinam Dei populo per conciones, discipulis vero et Canonicis interpretando scripturas sanctas. Collegit vero suas annotationes ex scriptis *Gregorii Magni*, *Augustini* et ex *Juliani Pomerii* Episcopi *Toletani* libris, quos adversus Judæos edidit. Qui etsi nulla non superstitionum labe ex sordibus ætatis illius sint aspersæ, tamen plurima doctrinæ capita multo rectius explicavit, quam plerique alii. Quod sane argumentum in illo fuit ingenii et perspicacis, et luce Spiritus sancti divinitus accensi.

Miratur *Erasmus* miram ejus brevitatem, conjunctam cum perspicua simplicitate, qua usus est in exponendis Psalmis. Et quia officium suum intelligebat esse agnitionem Dei apud ferociores Sclavos promovendi, remque Christianam inter subditos suos Saxones confirmandi, instituit secundo sui Episcopatus anno monasterium ad *Bodam* fluvium in memoriam et honorem *S. Wiperti* Abbatis Hersfeldensis primi. Quod monasterium est omnium primum in his duobus Episcopatibus Halberstatensi sc. et Magdeburgensi,

quasi

quasi seminarium, in quo adolescentia erudiebatur in doctrina cœlesti, in bonis artibus, et simul habebat exercitia precationum ac lectionum in templis. Tali namque ratione judicabat recte in rudibus puerorum animis et ad omnia honesta sequacibus per assidua pietatis exercitia plantari, confirmari, atque stabiliri posse religionem veram, et tandem penitus exstirpari Idolomanias Ethnicas horrendas, ingenia denique eorum ferociora mitescere atque emolliri.

In hoc Cœnobio *Rabanus* ille Fuldensis Abbas postquam injustis odiis et calumniis suorum fratrum Fuldensium et aliorum quorundam cessisset, per totos annos quatuor exul delituit scribendi commentandique studio occupatissimus. Ex monumentis quibusdam hujus cœnobii litterariis, quæ mihi communicabat Venerandus senior *Johannes* Winningstede, pastor Quedlinburgensis, ac patriæ suæ Halberstadensis antiquitatum perstudiosus, animadverti poterat hoc in loco cœptam fuisse glossam ordinariam Bibliorum sacrorum, quam deinde communi consilio et opera per *Rabanum*, *Haymonem* et alios doctrina præstantes viros Germaniæ absolutam historiæ testantur.

Tam diu autem *Rabanus* exul hic *Haymonis* Episcopi et veteris amici beneficio sustentatur, donec in Archiepiscopum Moguntinum vocaretur.

Primi monachi sectæ Benedictinæ erant ad Christi annum 1156. usque, quo per Beatricem Abbatissam Quedlinburgensem monachi Præmonstratenses sunt introducti, cum idem monasterium ab *Uldarico* Episcopo Halberstatensi 18, dilapsis Benedictinis per bella *Henrici Leonis*, in quibus et hoc monasterium direptum fuit.

Posteris seculis juxta hoc monasterium *S. Wiperti* exstitit oppidum Quedlingburgk et conventus sanctimonialium ingenuarum, quæ sua primordia et exornationem acceperunt sub *Henrico* Aucupe Imperatore.

II. Instituit Bibliothecam, idque ob has pias causas. 1. Ad transmittenda Biblia sacra incorrupta ad posteros. 2. Propter propagationem doctrinæ firmiorem. 3. Ad conservationem memoriæ doctorum

doctorum et ſcriptorum eccleſiaſticorum. 4. Propter hiſtoriam ecclesiæ veram. Nulli igitur pepercit labori et ſumtibus, cum ad hanc rem publice magnis impenſis alendi eſſent Notarii ſeu Amanuenſes, qui libros transſcribebant.

Ut etiam expeditior negotiis civilibus ſe totum litterarum ſtudio impenderet, adduxit ſecum ex Hersfeld virum quendam admirabili variarum rerum cognitione et longo uſu laudabilem, cujus ingenii dexteritas atque ſolertia, qua plurimum pollebat, in tractandis negotiis politicis per multos annos huic ditioni ſalutaris fuit. Hoc agnoſcens Epiſcopus, quo eum diutius retineret, et civem Reipubl. ſuæ haberet, ſingulari quadam munificentia donavit ei partem quandam agrorum non procul a fontibus Salinis ad Sölcke amnem, ubi is domicilium exſtruxit attributa ei in gratam memoriam domini ſui appellatione *Hoym*. Ab hac ſede poſteritas ejus denominata eſt, unde originem ducit familia illa nobilium *von Hoym*, quæ hodie adhuc cum laude virtutis ſuperſtes eſt in ditione Halberſtatenſi. Tanta generis vetuſtas digna eſt hominum bonorum favore atque honore, præſertim cum inde usque a primo Torneamento Magdeburgi per *Henricum* Aucupem Imperatorem Anno Chriſti 936 habito, pepererit viros aliquot pietate, juſtitia, amore religionis atque ſtudiorum, dignitate Epiſcopali, ſapientia, manſuetudine ac aliis virtutibus ethicis præſtantes.

Poſtquam tandem *Haymo* curriculum vitæ ſuæ dignum vero Epiſcopo conſumſiſſet inter multivarios ſtudiorum labores et graviſſimi officii ærumnas obiit Anno Chriſti 853. 17. Calend. Martii. Sepultus Halberſtadii in Cathedrali templo, cum præſediſſet annos 13. Sub Imperatoribus *Ludovico Pio* et *Lothario*, et Pontificibus *Sergio II*, qui primus nomen ſuum in baptismate acceptum mutavit, antea dictus Os porci. *Leone IV*. Sub hoc in Diœceſi Conſtantienſi mulier quædam fatidica prædixit extremum diem impendere Anno 848. Qua re in admirationem ſui non ſolum vulgus hominum, ſed et eruditiores ac ipſum clerum adduxit, qui omnes eam ut Sybillam de cœlo miſſam venerabantur. Sed a *Rabano* Epiſco-

po Moguntino & aliis doctis viris Moguntii in templo *Albani* examinata, se vaticinia hæc commentam esse & edoctam a sacrificulo quodam lucri gratia fatetur. Quapropter publice virgis cæsa in posterum tacere didicit, *Aventinus* lib. 4. Annal. Bojor.

Simile fere quid nostra memoria accidit Witebergæ viventibus adhuc *Luthero* & *Melanchthone*. Quidam enim *Michael Stiefelius* prædixit ultimum mundi diem certo affuturum Anno Christi 33. Mense 10. Septim. 42. Die Lunæ hora 8. Sed ab istis viris hæc ejus furiosa vanitas imperato silentio repressa est.

Hoc monendi gratia hic recitare volo, ut meminerimus, diabolica ejusmodi vaticinia esse, quibus nos ab expresso verbo Dei abducat, idque a nostris oculis removeat, ut nimirum nihil vilius habeamus, & relicta verbi veritate sectemur diaboli furores, ac fanaticorum hominum deliria, perinde ut per Pontificios clamatores S. Scripturam in dubium vocare quoque conatur.

Anno 843. in his regionibus mota est seditio servorum ac operariorum otiosorum, adversus dominos suos, quam compescuit *Ludovicus* Imperator, capite plectens auctores. Chron. Mansf. 1. part. cap. 99. Hinc natum videtur verbum illud *Gesinde*, quo in genere appellamus omnes, qui in una aliqua domo uni domino serviunt. Ii quoniam plerique sunt immorigeri, cervicosi & præfracti, ac potius pro suo arbitrio, quam ex mandato dominorum commissa negotia expediunt, prorsusque suo quodam instituto ac moribus vivunt nulli cedentes, idcirco locum proverbio dederunt, quo hominibus rigidis, duris & præfractis exprobramus obstinatiam, dicentes: Du sollt mir wohl ein Gesindlein seyn. Legitur de similibus motibus servilibus apud *Justinum* lib. 18. historiæ suæ, & in *Crasso Plutarchi*. Non igitur novæ nunc sunt querelæ περὶ αὐθαδείας servorum. Quare recte præcipit *Syracides* cap. 33. Cibaria & virga & onus asino, panis, disciplina ac opus servo.

Anno Christi 850. est ad Visurgim celebratus conventus Principum Imperii per *Ludovicum Lotharii* Imperatoris filium, in quo Saxonum leges emendatæ sunt.

Anno

Anno 851. fames admodum gravis universam Germaniam attrivit, maxime circa Rhenum. Ita ut Moguntiæ infans suæ matris inedia mortuæ mammillas suxerit vivus. In Thuringia vero pater famis rabie efferatus in sylva infantem mactare ac esui præparare constituerit, sed ab immani hac cæde divinitus avocatur, videns cervam dilaniatam a lupis, cujus cadavere vescitur. Alio loco pater filium fame enectum ad ignemque coctum edere voluisset, nisi per vicinos fuisset interceptus.

Hoc minime prætereundum, sed observatione maxime dignum judico, quod hi duo præstantissimi viri, æque litterarum bonarum atque Ecclesiæ Dei Antistites *Rabanus* v. c. & *Haymo*, ut erant ὁμοσπονδοι καὶ ὁμόψυχοι ejusdem sacri & animi in excolendis litterarum studiis: ita fuerunt etiam ὁμοιομαρμαιρυοι ut sic dicam, eidem fato obnoxii. Idcirco enim *Rabanus* in suorum fratrum odia & contumelias incidit, quod non abdomini ac inerti atio eorum, accumulatis reditibus monasterii consuleret tanto studio, quantum utilitatis & laboris universæ Ecclesiæ Dei suis lucubrationibus præstaret. *Haymo* etiam accerrimis invidentiæ stimulis pungitur in Annalibus, quod ipse deditus illustrandæ veritati doctrinæ cœlestis in explicandis scripturis & habendis concionibus, per alios idoneos licet sapientia & virtute excellentes viros civilia negotia tractarit. Unde acciderit, ut Decimæ certorum quorundam agrorum, quos Annales appellant *Fresefelt*, Monasterio Hersfeldensi accesserint, abalienatæ ab Ecclesia Halberstatensi. Et quia inde Abbas *Haymo* in Episcopum vocatus fuerat, suspicatur auctor Annalium, ejus vel conniventia, vel consilio id factum esse. Quare his suis suspicionibus nimium indulgens, impudenter mentitur, *Haymonem* majori cum damno quam emolumento commissæ Ecclesiæ præfuisse.

Existimat forsan ἄμυσος ille, Episcopalis gubernationis potiorem partem esse debere, affici culinæ cura magis, quam religionis veræ confirmandæ sollicitudine. Magna vero ingratitudo est, tantum virum odiosis insectari verbis, quem sibi quisque ad studii æmulationem proponere magis deceret. Verum ejus innocentiam

Schaffnaburgensis monachus Hersfeldensis in Chronico suo Anno Christi 1059. recte defendit, & patrocinium sui monasterii plurimis agit.

CAPUT XXI.

De *Hildegrino* Juniore vel secundo ejus nominis, Episcopo 4to Halberstatensi.

Erat quidam monachus in Hirsaviensi monasterio, scholæ moderator, ob nominis celebritatem ubique terrarum notus. Hunc *Lotharius* Imperator *Haymoni* rebus humanis exemto substituere volebat. Verum is territus vestigiis antecessoris sui, maluit gratissimo inter secretiora Musarum otio perfrui privatus, quam in tumultu seculi ac blandientis mundi strepitu clarus, ac in pretio haberi.

Quare Imperator *Hildegrinum* monachum Werdensem primi Episcopi Halberstatensis e sorore nepotem, virum rara doctrina, sapientia ac humanitate præstantem Ecclesiæ dedit, cui præfuisse dicitur summa cum laude annis 34. cum tamen nihil laude dignum de eo annotatum aliud legamus in Annalibus, quam quod magnificentius templum ab antecessoribus suis construi cœptum aliorum Episcoporum liberali contributione ad summum fastigium eduxerit, ac omnibus partibus absolverit, quod vocant Ein Münster, a monasterio, quod vocabulum quia obsoletum est, de Templorum appellationibus pauca dicam.

Initio unicum tantum templum fuit multis annis tam Halberstadii quam Ostervici, dicatum S. *Stephano Protomartyri*, idque non admodum spatiosum sed angustum, humile & vile, quales domus cultui divino dicatas, simplices, sed in edito loco sitas *Tertullianus* quoque describit. Ad illud majores nostri convenerunt ad certas festivitates. Et Episcopus imperitæ plebeculæ elementa doctrinæ de Essentia & voluntate Dei inculcabat, abducens paullatim animos eorum ab opinionibus & cultibus ethnicis. Sæpe etjam proficiscebatur

tur ad loca, ubi frequentiores erant hominum conventus, hos erudiebat in verbo & doctrina, ſicut ſupra diximus de Eccleſia oſtervicenſi, ante annos paucos a Senatu amplificata, & de veteri dominio Halberſtatenſi, quod hodie adhuc exſtat Halberſtadii prope ſummum templum: Sed poſtea cum creſceret numerus fidelium, eorumque tam anguſtum templum non ſatis capax eſſet, Epiſcopus etiam variis negotiis diſtraheretur; in diverſis locis plures exſtructæ ſunt ædiculæ ſacræ, conſtitutis paſſim idoneis doctoribus, & in urbe Halberſtadio ſpatioſius quoddam templum erectum, cujus ædificationem ab anteceſſoribus cœptam hic Epiſcopus *Hildegrinus* abſolvit ex collatione plurimorum aliorum Anno 859. & ab *Hildewardo I.* Epiſcopo conſecratum. Hoc porro crebris incendiis fœde deformatum diruit ſub *Friderico* a Kirchberg Epiſcopo XXII. nominis ejus 1mo *Johannes Semeca* ſeu *Teutonicus* Præpoſitus, & ex inani quadam voluptate & ſtulta oſtentatione auguſtiſſimum hoc conſtrui cœptum eſt, quod hodie adhuc viſitur mole & opere ſplendidum, & demum temporibus *Erneſti* abſolutum.

Talia ædificia congreſſibus publicis fabrefacta, apud *Euſebium* & in ſcriptis patrum tam Græcorum quam Latinorum varias habent appellationes, quæ majori ex parte adhuc in uſu ſunt, ut Templum, Oratorium, Martyrium, Aedes ſacræ, Doctrinæ ſedes, Baſilica a ſplendore regio, Dominica v. domus domini, Eccleſia, contentum pro continente, Cathedralis Eccleſia. Hinc Germanicum vocabulum Dohm vel Thum a voce Dominica, Kirch a græca κυριακή.

In Annalibus eſt vox Münſter, quæ eſt a monaſterio. Quia ipſis eccleſiis conjunctæ ſemper erant ſcholæ, in quibus docebantur linguæ Græca & Latina, ac initia artium & lectiones atque precationes erant exercitia pietatis. In his Collegiis Epiſcopus tanquam ſupremus inſpector & totius collegii gubernator, Canonicis victum ex ſua menſa dedit, & communi utebantur refectorio & dormitorio, ut Monachi in Cœnobiis vivunt. Unde manſerunt officiorum & dignitatum nomina, Præpoſitus, Decanus, Scholaſticus, cuſtos, Cellerarius, Procurator, Theſaurarius, Vicedominus, Camerarius, ſicut

infra copiosius sub *Herrando* vel *Reinero* 14to Episcopo Halberstadensi dicemus e libro constitutionum majoris Ecclesiæ Magdeburgensis.

Claruit *Hildegrinus* cum rerum summam obtinerent in Imperio Imperatores *Lotharius*, *Ludovicus II. Carolus Calvus*, *Ludovicus Balbus*, *Carolus Crassus*. In Ecclesia vero *Johannes VIII.* vel *VII.* ejus nominis juxta Sabellicum, qui Papa fuit mulier sexum mentita virilem, & ex Diacono suo gravida facta, Dei justo judicio in sollenni processione Romæ inter *Neronis* Colosseum & *Clementis* fanum enixa est, & ex partus doloribus obiit Anno 856. cum præfuisset annis 2. Mens. 4. dieb. 4. Sepulta vero est sine honore Pontificio, & ex catalogo nomen ejus ejectum. Et cautum est, ne processio solennis amplius isthac fiat, nec Papa amplius crearetur, nisi agnoscatur esse sexus virilis. Ad cujus rei explorationem demandatum habet officium Episcopus Hostiensis, teste *Paullo Prætorio* in Cæsaribus suis Germanis. Etsi vero nonnulli sunt, qui huic historiæ fidem derogare nituntur, tamen veritas ejus adeo firma est, ut Anno Christi 1480. quidam sacrificulus *Theodoricus Scherenberg* in quadam celebri urbe Imperiali eam historiam publice ut Comœdiam egerit &, nunc edita sit ex autographis auctoris, cui titulus Apotheosis *Johannis VIII.* Pontificis Romani. Et libr. 9. Chronol. Spiræ urbis legitur, cum gravida *Johannes VIII.* spiritu maligno obsessum hominem ex potestate Pontificia, ut cederet, adjuratum percontaretur, quando tandem discessurus esset, exclamavit Diabolus, prodens gestationem uteri in consessu totius Collegii Cardinalium:

Papa pater patrum Papissæ pandito partum
Et tibi tunc edam, de corpore quando recedam.

Et Romæ affixæ fuerunt hæ litteræ p, p, p, p, p, p, p, vel: Papa peperit puerum penes portam Petri Paulli.

Benedictus III. Nicolaus I. cognomine Magnus, qui multas constitutiones fecit, quæ frequentes sunt in Decretalibus. Per hunc etiam in Germania cœptum est sacerdotes ad cælibatum cogi. Sed ab *Hulderico* Episcopo *Augustano XIX.* viro pio juxta ac docto (qui

&

& *Ulricum XXI. Auguſtanum* Epiſcopum educavit ut conſanguineum. Uterque enim erant Comites Dillingii) per epiſtolam ejus impietas acerrime impugnata eſt. *Aeneas Silvius* in Europa ſua. Sub hoc etiam Papa Anno 860. ſacra Biblia per Methodium Illyricum verſa ſunt in linguam Sclavonicam, & abolita lingua latina uſi ſunt vernacula in Eccleſia. *Aventinus* libr. 4. Annal. Et *Sylvius* teſtatur, cum Romæ in Synodo quadam deliberaretur, an Sclavis id concedendum eſſet, auditam cœlitus vocem fuiſſe hanc: Omnis lingua laudet Dominum, ſicque eis conceſſum eſſe. Ut ſupra oſtendimus *Carolum Magnum* ejusque filium curaſſe ſacros libros transferri. *Lutherus* enim aliquamdiu apud ſe habuit Monoteſſaron v. concordantias quatuor Evangeliſtarum per Imperatorem *Ludovicum IV.* conſcriptum.

Anno 864. hyems præter ſolitum longa & aſpera fuit, & pluit nive ſanguinea. *Lycoſthenes.*

Adrianus II. Sub quo Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus ſcripſit contra Primatum Pontificis Romani.

Ventus vehemens paſſim multa ædificia deſtruxit. Chron. Quedlinb.

Sacramentum Altaris Romæ ſub utraque ſpecie datum ſpecul: *Vincentii* cap. 39. Talis mos inde usque a temporibus Apoſtolorum hac ætate etiam fuit. Et teſtantur ſequentia aliquot Concilia Germanica, indiviſam Euchariſtiæ communionem fuiſſe. Neque ex ullo veterum aut mediæ ætatis interprete videre eſt, quod ullam rationem dividuæ Euchariſtiæ præſcripſerint. Nec *Gratianus* nec *Lombardus* usquam illius partis ſacræ cœnæ ſeorſim laicis datæ meminerunt, ſed ubique unius Sacramenti duobus ſignis inſtituti mentionem faciunt.

Floruerunt autem hi duo ſub *Friderico Barbaroſſa* Imperatore. Denique ipſum Concilium Baſileenſe ſub utraque ſpecie uſum Euchariſtiæ Bohemis conceſſit, ut pium & accommodum S. Scripturæ. Ne vero quis ſuſpicetur ex neceſſitate id permiſſum iis, quod aliis non liceret, his conceptis verbis permiſerunt; videlicet quod auctoritatem Domini noſtri Ieſu Chriſti & Eccleſiæ veræ ſponſæ ſuæ hoc modo

do

do ſumta Euchariſtia Bohemis ſit licita, & digne ſumentibus ſit utilis atque ſalutaris.

Anno 876. obiit Imperator *Ludovicus II.* ſine maſculo hærede. Quo cognito cum *Dani* & *Normanni* (quos fortiſſime *Ludovicus II.* Imperator Germaniæ littoribus antea repulerat) Saxoniam igne, ferro & direptionibus depopularentur, *Bruno* Saxoniæ regulus, *Henrici* Aucupis patruus & dominus Brunſwigæ, a ſe conditæ & cognominatæ, exercitum contra eos duxit, hoſtilem vim propulſaturus. Aderant ei Saxoniæ Principes & Epiſcopi fere omnes (quorum nomina ſunt apud *Aventin.* Annal. Bojor. lib. 4. & *Crantzium* Saxon. lib. 2. cap. 31. Metrop. lib. 2. cap. 16. 17. 18. Norvegiæ lib. 2. cap. 7.) ditionum & Eccleſiarum ſuarum damna & devaſtationes ulturi, verum collatis ſignis in Ebbeckſtorpf omnes cæduntur. *Brunone* duce cum Saxonum primoribus & præfectis pro patria juſte pugnante; Epiſcopis contra voluntatem Dei & præter officium gladium uſurpantibus. *Rembertus* vero Hamburgenſis Archiepiſcopus & *Hildegrinus* Halberſtatenſis, quod eorum officii erat, orationibus inſtiterunt pro felici victoria. Exiſtimat *Aventinus* hos Saxones cæſos & mactatos fuiſſe in ipſa Dania, ſimili nimirum ſtratagemate, quo Dithmarſi Holſatos aliquoties oppreſſerunt, qui ruptis obicibus mare undique admittentes aquis caſtra cooperuerunt. Sed locus pugnæ per *Cranzium* rectius deſcribitur, cum ei ob vicinitatem notior fuerit.

Martinus II. Hadrianus III. Anno 884. Pontifex maximus factus. Hic primus tanti ſupercilii fuit, ut decretum faceret, ne in creando Pontifice Romano amplius exſpectaretur Imperatoris auctoritas, ſed ut Romæ libera ſemper eſſent Cleri ac populi ſuffragia.

Factus eſt ipſe quoque, ut *Aventinus* ſcribit, Pontifex ſuo quodam jure v. ſine conſenſu & approbatione Imperatoris. Sic auſi ſunt Pontifices, ait *Crantzius* ac Romanorum improbitas Imperatores ſuos contemnere, dum Imperii virtus elangueſceret. Unde quod anteceſſores ſui multis annis parturierant, ipſe uno fœtu edito in lucem protulit. Et hanc rem, quam tentavit prior *Nicolaus I.* hic pontifex perfecit, illectus (ait *Onuphrius* ex *Platina*) opportunitate, quod *Carolus*

rolus III. Imperator ab Italia discedens in Normannos rebellantes bellum moverat.

Hic perpendat lector, quam perniciosa hæc fuerit constitutio. Primum enim ea Imperatoribus omne jus adimit, quod in Pontificem atque urbem Romanam habuerunt. Deinde causa fuit violentiæ, cædium, veneficiorum & omnis generis malorum, quæ Ecclesiam per 70. annos & ultra scelere Paparum se invicem excutientium, afflixerunt, tanta rabie ipsis inter se decertantibus, ut *Neronis, Caligulæ, Domitiani* ac *Heliogabali* magis quam *D. Petri* successores viderentur, eo sedem Pontificiam occupante, qui fraude, dolo ac scelere præstaret. Tandem cum *Otto Magnus* ad Italiæ motus componendos evocatus *Johannem XIII.* ob flagitiosissimam vitam Pontificatu abdicasset, statim omnem auctoritatem eligendi Pontifices a Clero populoque Romano ad Imperatores rursus transtulit.

Stephanus I. Papa inhibuit Christianis judicium candentis ferri & ferventis aquæ.

In historiis reperiuntur quatuor genera purgationum usitata olim majoribus nostris fuisse in judiciis. I. Monomachia seu Duellum, II. ferrum ignitum vel candens. III. Aqua fervida. IV. Aqua frigida. Hæc adhibebantur, quando actor intentatum alteri crimen condignis testimoniis aut alia quavis ordinaria probatione confirmare nequiverat, probationem periculo sui corporis recepit.

I. In Monomachia s. Duello Accusator obtulit reo chirothecam, quam aut assumere cogebatur, aut intentati criminis veritatem agnoscere: Aut provocabat accusator adversarium alio modo, ut *Aeneas Sylvius* Europæ suæ cap. 39. in historia *Alberti* Marchionis Brandenburgensis, Achillis illius Germanici, annotavit. Si crimen capitale, decertandum erat ad alterius internecionem usque. Si civile, ad deditionem alterius standum erat in pugna sive equestri seu pedestri. Reo licebat alium suo loco substituere Criminator vero cogebatur ipse pugnare. Interim Senatus, Sacerdotes & populus spectans pugnam Deum obsecrabantur, ut victoria innocenti data comprobaret justitiam suam. Vide Münsterum latius de aliis legi-

bus, modis et locis quibusdam ejusmodi Monomachiarum in Germania libr. 3. Cosmograph. In descriptione urbis Halæ Suevorum.

II. Aqua fervida seu ferro ignito 1. Consecrabantur aqua et ferrum candens peculiaribus ac magicis precibus, quas *Aventin.* libr. 4. Annal. Bojor. recenset. 2. Dabatur reis ferrum candens vola manus comprimendum. Et manum aquæ ferventi inserendam.

III. Quæ autem aquæ frigidæ probatio fuerit, non reperio.

Sed quia hæc genera probationum sunt contra jus naturæ, divinum atque humanum, et diabolico tantum furore introducta atque recepta, ut v. c. satiaretur homicida ille mactatione humanæ carnis, quemadmodum apud Judæos et Ethnicos, et processus ordinarii ac legitimi probationum judicialium in contemtum venirent, merito abrogata sunt per Pontifices et Imperatores. Vide copiose *Aventinum* et *Jodoci Damhouderi* librum praxeos rerum criminalium cap. 62.

CAPVT XXII.

De *Eginolpho* Episcopo Halberstatensi V.

Persolutis *Hildegrini* Junioris justis eligitur *Evilpus* vel *Emundus*, ut *Crantzius*, seu *Ernolphus* vel *Egilulphus*, ut alii. Monachus Corbejensis, vir insigni dignitate ac felicissima dicendi ratione ac eloquio præditus et præstans, et antiqua Saxonici generis nobilitate illustris plurimum gratia valebat atque auctoritate apud Imperatorem *Carolum III.* Nam filium ejus nothum *Bernhardum* rectis moribus et bonis litteris ad humanitatem informavit. Sedit annos 9, obiit Anno 895. Calend. Februar. Ex mandato Pontificis Romani simul cum *Wigberto* Verdensi, *Bisone* Paderburnensi, *Bernario* Mindensi et *Bernario* Osnabrugensi Episcopis rexit gubernationis consilia, et sustinuit doctrinæ cœlestis propagandæ labores in maritimis ac Sclavonicis ultra Albim Ecclesiis multos annos, cum *Adalgarius* Archiepiscopus Hamburgensis propter effœtam senectam minus esset sufficiens rebus duræ suæ provinciæ expediendis.

Carolus

Carolus Crassus, Imperator, obiit Anno 890. Primus est *Cæsar*, qui annos Christi servatoris nostri omnibus epistolis, libellis, diplomatibus addidit. Successit huic *Arnolphus*, qui primus omnium Imperatorum Germanicorum est, qui Francofordiæ ad Mœnum eligitur. Ideo vero præ cæteris electus est, quia tota familia *Caroli Magni* ad hunc unum redacta fuerat. Bella gessit in Italia, it. contra Sclavos et Moravos, adversus quos dicitur ab aliquibus evocasse (circa annum 893.) et Germaniæ immisisse Hungaros. *Luitprandus* lib. 1. cap. 3. de rebus Europæ.

Formosus Papa primus, qui ex peregrinis assumtus est Anno Domini 892. in Pontificem Romanum. Adeptus vero Pontificatum magis largitione quam virtute. Nescio (inquit *Platina*) quo fato acciderit, ut una cum industria Imperatorum simul et Pontificum virtus et integritas defecerit.

Huic defectui in utraque politia accesserunt plurima prodigia naturæ in ventis, pluviis, nivibus, fluminibus, stellis, sole, luna, annona, monstrosis partubus et aliis similibus, quorum fit mentio apud historicos hujus ætatis, quæque fuerunt certissimum quiddam prænuncians futuræ mutationis in pejus, sicut Hetrusci vates apud *Plutarchum* in Sylla loquuntur. Nam sicut expavescimus et cohorrescimus, cum præter consuetum naturæ cursum et ordinem aliquid evenit, concipientes omnia sinistra et tristium eventuum præsagia: ita multo certius enormia hominum vitia cum ingravescunt, quam naturæ errata regnis atque Imperiis excidium denunciant et celerius attrahunt.

CAPVT XXIII.

De *Sigismundo* Episcopo Halberstatensi VI.

Fatis *Eginolpho* decedenti successorem dedit Imperator *Arnolphus Sigismundum* monachum Hirsaviensem, adductus admi-

ratione egregiæ ejus vitæ et doctrinæ, et quod diuturno rerum usu singularem sibi collegisset prudentiam, benigna morum suavitate mire conditam. Tales enim requirebantur tum temporis ad Ecclesiæ gubernationem, qui non solum præesse sed et prodesse poterant. Opus namque erat diligenti ac circumspecta tractatione doctrinæ fidei, cum ex infusione diversarum gentium Idololatricarum in Germaniam sequeretur morum confusio et disciplinæ necessariæ dissolutio. Saxones quoque in hac provincia commoti exemplo vicinorum Sclavorum subinde ab agnita veritate deficientium et nihilominus felicibus successibus bellorum adversus Christianos utentium cœpissent non nihil vacillare, ac plurimum a studio religionis remittere.

Erat ille Episcopus in magna existimatione apud Imperatores suo tempore. *Arnolphi* favore Episcopatum consequitur, non minori honore *Ludovicus IV. Arnolphi* filius eum prosequitur. *Conradus I.* confirmavit indulta ac privilegia a suis antecessoribus Episcopatui donata. Insuper concessit, ut vel inter se vel aliunde communi suffragio Cleri et populi eligant Episcopum, cui tamen accedat assensus Imperatoris. Inter *Henricum* Aucupem ejusque priorem conjugem *Hatturburgam* divortium fecit. Erat ea filia *Erwini* Comitis Aldenburgensis, et primum nupserat cuidam Saxonico regulo, post cujus mortem monasticæ se devovit vitæ. At *Henricus* Auceps e monasterio traductam sibi eam matrimonio junxit ob formæ venustatem, et *Tanquardum* filium ex ea genuit. Postea vero auctoritate constitutionum *Gelasii* Papæ cap. 20, et statutis Concilii Triburiensis cap. 14, de quo infra, persuasus per *Sigismundum* Episcopum eam dimisit, accepta *Adelheide* Comitissa Ringelsheimensi in secundam uxorem, quæ ei peperit *Ottonem*, *Henricum* et alios.

Ne ditioni suæ aut oneri vel sumtui esset Episcopus, dicitur se suamque familiam aluisse arte pictoria atque scriptoria. Quod si fecit, sane ex superstitione et prava imitatione ad exemplum *D. Pauli* Apostoli Actor. 20. et 1. Thessal. 2: Veruntamen contra ordinationem domini nostri Jesu 1. Corinth. 9. Lucæ 10. et Galat. 6.

id fecisse non immerito judicabitur. Quanquam ego existimem, tantum virum majori molestiarum curarumque mole depressum, majoraque in suo officio certamina difficillimis istis temporibus sustinuisse, quam ut ludicris istis rebus vacare potuerit, imprimis cum doctrina et sapientia plerosque Germaniæ Episcopos antecelleret. Præterea Imperatorum et Principum consiliis atque negotiis ita districtum fuisse, rebus in Imperio tum nutantibus, ac in pejus ruentibus, ut quicquam temporis hisce exercitiis manualibus impendere vix licuerit. Non enim pictores, amanuenses et alios id genus opifices, aut otiosos spectatores publicorum malorum in Ecclesia et Imperio ad tanta dignitatum fastigia evehebant Imperatores, sed illos, quorum studio atque industria uti poterant in negotiis rerumpublicarum. Quapropter etiam tam amplis reditibus Episcopatus dotarunt atque locupletarunt, ut alimonia eis abunde suppeteret, nec opus esset quæstuariis artibus sumtum exercere sibique victum quæritare. Sunt enim hæc vel puerorum παιδεύματα, vel imi subsellii hominum quæstuariæ artes, quorum in Rebuspubl. alioqui usus aut omnino nullus, aut non admodum magnus esse potest.

Haud tamen negarim, eum sese ad licita hæc et liberalia exercitia demittere potuisse, quo videlicet tempestiva assiduorum laborum intermissione ingenium recrearet, laborandoque animum vegetiorem redderet. Nihil enim magna ingenia ægrius ferunt, quam turpe otium, quando desides in vacua tonsoris umbra Eurotam contemplantur Corinthiam, vel penitus dissoluti Achivos de turri prospiciunt, ut *Aelianus* loquitur. Unde *Demetrius Poliorcetes* quando a re bellica liber esset, machinas bellicas aut naves faciebat. Et *Aeropus* Macedoniæ rex, si quid otii nactus fuerat, ut id in negotium verteret, lucernas adornabat et abacos. *Domitianus* Imperator Romanus cum a regiis muniis solutus erat, ne quiesceret, muscas in conclavi stylo configebat. *Mahomedes Ottomannus*, qui Græciæ Imperium evertit, auditis exterorum Oratorum postulatis, cochlearia lignea affabre cælabat, aut in tabula aliquid effingebat. Sic tanti viri a labore ad honestum otii diverticulum descendebant, ea

tamen exercitia fingendi pingendive tractantes, quæ ad virtutem capessendam provocabant spectatores, non ad vitia inani oblectatione alliciebant. Sicut et de *Luca* Evangelista pictore legitur.

Præfuit *Sigismundus* annos 30. Obiit vero Anno Christi 924. 19. Calend. Febr. Conditur in summo templo prope altare primarium versus meridiem. Ejus gubernationis tempore fuerunt Episcopi seu Pontifices Romani *Bonifacius VI. Stephanus VI.* Is *Formosi* Papæ cadaver in Tyberim projecit, ejus acta abrogavit, res gestas rescidit. Ad cujus exemplum sequentes aliquot prædecessorum suorum acta aut infringebant, aut omnino tollebant, nihil aliud cogitantes, quam nomen et dignitatem majorum suorum exstinguere, inquit *Platina*. Deinde Romanus Papa *Theodorus II.* Sub hoc Anno 899. *Sigismundus* Episcopus interfuit Synodo Germanicæ convocatæ per *Arnolphum* Imperatorem in oppido Tiburia (jam vicus est in Episcopatu Moguntinensi) ad Rhenum, ubi Canones aliquot conduntur ad Ecclesiæ disciplinam pertinentes, quæ exstant Tomo 2. Concilior. Inter quos cap. 14. statuitur: Non licere in conjugium assumere virgines Deo consecratas et cap. 16: Viduis sua sponte velamen sacrum sibi imponentibus nulla ratione deinde concedi deponere habitum monialem. Quorum constitutorum auctoritate *Henricus* Auceps Imperator per Episcopum *Sigismundum*, ut supra diximus, coactus est priorem conjugem suam Hatburgam dimittere.

Johannes X. Papa. Sub hoc *Hatto Moguntinus* Archiepiscopus duo perpetravit valde indigna Episcopali dignitate. *I. Albertum* comitem Bambergensem suis doctis dolis in discrimen mortis pertraxit. *II. Henricum* Aucupem admotis fabricis simili specie veri pene morti dedisset, quæ legantur in Europa *Sylvii* cap. 39. Apud *Crantzium* Metrop. lib. 2. cap. 25. Saxon. lib. 2. cap. 33. et lib. 3. cap. 1. 3. *Aventinus* lib. 4. Annal. *Witichindus* lib. 1. gestorum Saxonicor. Et quia in vetustis Annalibus Halberstatensibus eadem hæc obscuro verborum involucro repetuntur, paucis rem omnem hac tabula complectar.

Oda

Oda filia ducis Franciæ Orientalis — *Leutolphus* primus dux Magnus a *Ludovico Pio* constitutus. Ejus inter alios liberi sunt

Jutta seu *Lui*
fil. *Guelphonis* D

Otto D. Magnus Saxoniæ. Uxor ejus *Luidgarda F. Arnolphi* Imperator. con

Luidgarda nupsit *Ludovico IV.* Imper. Germaniæ. ges

I. *Ludovicus IV.* Roman. Imper.

Luitg
Otton
D. Sa

ju

Henricus Auceps Imper. Germaniæ factus Anno 920. de judicio hostis sui Imper. *Conradi.* Adversarios atque æmulos Imperii habuit *Arnolphum* ducem Bavariæ & *Burchardum* Sueviæ. Sed virtute & sapientia eos ad obedientiam inflexit, quibus tamen conjunctus etiam fuerat in rebellione contra *Conradum* Imper. antecessorem suum.

Adelheidis Abbatissa prima Quedlinburgensis

Baba nupsit *Henrico* Comiti Bambergensi. Metr. lib. 2. c. 25.

Albertus *Ad*
Hi fratres infer
Würtzburgensi,
dus D. Franciæ
toris frater tule
ficiuntur. Hon
bertus fraude in
Ludovici IV. Im
mit. Idcirco *Lud*
Albertum in judi
dam causam. S
ret, proscripto b
In illo *Albertus*
per *Hattonem* M
Imper. dedidit, q
tum securi percu

ı ſeu *Luidgarda* — — *Arnolphus*
ılphonis D. Bavar. Imp. Roman.

II.
Luitgarda uxor
ı. *Ottonis Magni*
D. Saxoniæ.

III.
Conradus D. Franciæ Orientalis & Comes Lotharingiæ. Is occiditur ab *Alberto* Comite Bambergenſi, fraude interceptus in bello, quod geſſit cum Epiſcopo Wirtzburgenſi contra fratres Comites Bambergenſes.
Filii ejus

ıba nupſit — *Henricus* Comes
nrico Co- Bambergenſis.
ı Bam- Ejus uxor Baba,
ıgenſi. ſoror *Henrici*
ıtr. lib. 2. Aucupis, ex qua
25. geniti fratres:

us Adelhardus Henricus
*res in*ferunt bellum Epiſcopo burgenſi, cui ſuppetias *Conra-* Franciæ *Ludovici IV.* Impera- rater tulerat. Fratres duo inter- ır. Horum necem ulturus *Al-* fraude interceptum *Conradum* ı *IV.* Imperat. fratrem intere- circo *Ludovicus IV.* Imperator m in judicium vocat, ad dicen- ſam. Sed cum non compare- cripto bellum indixit & intulit. *lbertus* captioſe circumventus onem Moguntinum ſe in fidem edidit, qui eum capite damna- ı percuſſit. Anno 904.

Conradus arbitrio unici *Ottonis Magni* D. Saxoniæ oblatum Imperium propter ætatem recuſantis deſignatur Imperator. *Arnulpho* autem Bavariæ, *Gieſeberto* Lotharingiæ & *Burchardo* Ducibus Sueviæ rebellantibus, & *Carolum* Poſthumum Galliæ regem in Imperatorem Romanum deligentibus *Conradus Ottoni* gratus quidem fuit, ſed *Henrico* Aucupi iniquior, cui mortuo *Ottone* patrias regiones omnes in feudum confer-
re

Everhardus

re noluit. Idcirco *Henricus* ſeſe conjunxit cum adverſariis et hoſtibus *Conradi* Imperatoris. At his poſt bellum Hungaricum demum repreſſis, *Henrico Hatto* Moguntinus *Conradi* juſſu inſidias ſtruit aureo torque jugulum ejus petens. Quibus detectis proditor mœrore obiit. Hinc rex *Henricum* manifeſto bello petit, in quo ad urbem Marsburgk *Henricus* vicit Imper. *Conradum*, qui cum fratre *Everhardo* elabitur, et *Hatto* Moguntinus in prælio occidiſſe ſcribitur Saxon. lib. 3. cap. 3. Poſtea moriturus *Conradus* per *Everhardum* fratrem defert *Henrico* Imperium, adductus admiratione virtutis et fortitudinis ejus. Sic completa fatali periodo regnorum divinitus a *Carolina* familia transfertur Imperium ad Saxones, et *Ludovicus IV.* Imperator ac *Conradus* dux ſua perfidia in delendis Principibus Imperii accelerarunt hæc ſuæ ſtirpis fata.

CAPVT XXIV.

De inſtitutione Burggravionatus Magdeburgenſis.

Johanni X. ſucceſſit in Pontificatu Romano *Benedictus IV. Platina* hos Papas vocat monſtra et portenta. *Leo V. Chriſtophorus.* Hi ambo in monaſterium detruſi ſunt, quod unicum eſt calamitoſorum refugium, teſte *Platina*. *Sergius*, qui reliquit filium ex pellice *Johannem*, qui non longe poſt factus quoque eſt Papa.

Temporibus hujus Papæ imperante *Conrado I.* circa annum Chriſti 912. inſtitutus videtur Burggravionatus Norimbergenſis, et non ut alii volunt ſub *Conrado III.* Imperat. Anno Chriſti 1140. Nam in bello, quod *Henricus* Auceps geſſit Anno 933. cum Hungaris, meruit *Albertus*, Burggravius Norimbergenſis ſub *Conrado*, Francorum Duce quarto Cæſariano. Et *Henricus* Burggravius, qui proprio motu *Henrico* Imperatori in auxilium cum multis aliis venerat. Hac ſtirpe Burggraviorum ad annum Chriſti 1274. deficiente, Imperator *Rudolphus* Habſpurgicus eum contulit ſororio ſuo Comiti

miti *Friderico* de Zöllern, cujus familiæ deinde *Fridericus IV.* Marchiam Brandenburgicam conſequitur a *Sigismundo* Imper. Anno Domini 1417. in Concilio Conſtantienſi, exſtinctis maſculis hæredibus veterum Marchionum Electorum ſtirpis Anhaltinæ. Eodem tempore et Burggravionatum Magdeburgenſem inſtitutum fuiſſe oportet, cum *Fridericus* Burggravius Magdeburgenſis in Exercitu *Henrici* Aucupis Ungaros ad Merſeburgum Anno 933. in Quadrageſima profligente militarit, et Epiſcopus Halberſtatenſis *Bernhardus* Anno Chriſti 926. electus, dicitur e familia horum Burggraviorum prognatus.

De officio Burggraviorum et Pfaltzgraviorum.

In Romano Imperio conſtituta jam eſt Camera (ut vocant) h. e judicium publicum, quod ſimile eſt Amphictyonum conſeſſui in Græcia. Id judicium ante recentem hanc inſtitutionem non exercebatur, nec cuique patebat, niſi certis quibusdam anni temporibus, et non deſtinatum erat certo in loco, ſed ſequebatur aulam Imperatoris. Nunc vero in urbe Nemetum Spira, tanquam ordinario et certo loco conſtitutum omnibus temporibus exercetur, ac appellatur Camera Imperii, de cujus exordio hæc reperio.

Anno Chriſti 1484. eligitur in Epiſcopum Moguntinum *Berchtoldus* Comes Hennebergenſis et Decanus Moguntinenſis, qui doctrina, ſapientia ac aliis generoſo viro dignis excelluit virtutibus, ob quas ab Imperatore *Maximiliano I.* ad Cancellarii munus cooptatus, auctor fuit primum fœderis Suevici; deinde hujus Amphictyonici judicii certo in loco Imperii conſtituendi, ne juſtitia impediretur, ſed ſingulis temporibus nulli non juris copia eſſet, cum in Imperatoris aula, quæ per extrema Europæ regna et regiones huc illuc incertis ſedibus longiſſimo ſæpe tempore vagabatur, judicio ac litibus concertare, res eſſet periculi, moleſtiæ ac ſumtuum pleniſſima. Igitur Anno 1495. hoc conſilium in deliberationem vocatum, in Comitiis Wormacenſibus comprobatur a ſtatibus atque ordinibus Imperii. Conſtitutis ergo aſſeſſoribus Judicibus ultimo Octobris mox ſeſſio prima Francofurti ad Mœnum 3. Novembris habita eſt eodem anno.

Hinc

Hinc deinde hoc Judicium translatum Spiræ jam celebratur. Chronic. Mogunt. et Cosmographia Münsteri.

Similis propemodum ratio fuit dignitatum seu præfecturarum Pfaltzgraviorum ac Burggraviorum. Pfaltzgravii temporibus Imperatorum Romanorum vel Francorum erant Comites Palatini, h. e, Judices loco et auctoritate Imperatorum in provinciis bello partis atque pacatis jus exercentes, et qui habebant certa et ordinaria loca, in quibus jus dicebatur, de qua dignitate *Marcellinus* lib. 18. et 20, et Jurisconsulti in suis commentariis. Tales Pfaltzgravii passim in Germania multi fuerunt, quos in Cosmographia sua Münsterus diligenter annotavit. In Saxonia quoque Comes Palatinus h. e, Judex aulæ Cæsareæ constitutus fuit, sive ipsius Saxonici populi placito atque arbitrio, sive veteri Imperatorum instituto. Is jus Saxonibus auctoritate Imperatoris dicebat hisce certis in locis, v. ç, Mersburgi ad Salam, Grunovii ad Weseram, Goslarii, Alsteti et Walhusii circa Hercyniam. Sed judicium Palatii omnium supremum erat in urbe Magdeburgo circa tempora *Ottonis II.* Imperat. Spec. Saxonic. in gloss.

Hæc dignitas Palatini (veteri Palatinorum Saxonicorum stirpe, in *Friderico* Comite Bithiniæ, Brenæ et Goisiti, domino in Weissenburgk ac Pfaltzgravio Saxoniæ Anno 1065. exstincta, ac castro Goisitio infra Naumburgum in ripa Salæ sede antiqua Palatinorum illorum in monasterium Anno 1041. commutato) transfertur in Landgravios Thuringiæ. lib. 5. Chron. *Peucer. Philippici.* Chronic. Merseburg.

Burggravii initio constituti fuerunt temporibus Saxonicorum Imperatorum in iis regionibus ac terris, quæ Imperatorum donatione ac beneficiis attributæ erant Episcopis atque Ecclesiæ, ut essent custodes pacis publicæ et constituerent atque gubernarent judicia publica, et exercerent universim omnem potestatem Politicam. Cum tantum Episcopi sola rerum sacrarum administratione et disciplinæ Ecclesiasticæ procuratione occuparentur, quod eorum proprie erat officium. Unde eleganter auctor Annalium Magdeburg. inquit: Magdeburgl. Schöppen Chronic.

Rer. Germ. Tom. I. Torquatus. Cc De

De Bischope hedden to den tiden lever de Kaseln, wen de platen v. arma militaria, und predigten lever wen se bedingeten, v. tractare negotia civilia. Se gingen ock lever to Kore, wen se tögen in de Herefart, v. ad expeditiones bellicas, Se legen lever to Slaphuse wen to felde, Se horden lever im Reverenter to dische lesen, wen den hußman up den torne blasen.

Porro exstitit per totam Germaniam origo plurium et diversorum Burggraviorum, quibus hoc nomen inditum est, quod ceu ex ordinaria sede, quæ Imperatoris arx erat, judiciis ac gubernationi publicæ præessent. Potestatem enim necis vitæque in subditos habebant, non suis vivebant legibus, nec ex suorum numero creabant magistratus, sed hoc ab Imperatoribus accipiebant et singulis annis mutabant. Sed antiquata sunt hæc judicia Burggraviorum, cum singuli Episcopi et Principes consensu Imperatorum usurpare cœperunt potestatem parem, Comitibus Palatinis et Burggraviis in suis ditionibus, quæ tamen non est ἀνυπεύθυνος libera seu immunis a recognitione atque declaratione superioris judicii, sed uni jam Amphictyonico judicio Spiræ subdita.

Horum judiciorum Pfaltzgravii et Burggravii umbram Magdeburgi retinet Judicium illud, quod singulis annis semel habetur prope turres primarii templi in novo foro atque appellatur Judicium Burggravii. Des Burggraven Dink, quod et summum et quasi sacratissimum dicebatur lingua Saxonica Fröngerichte. Frön enim Saxonico idiomate sonat idem, quod sacrum ac summum. Unde Frönbote quasi minister judicii sacri, des heiligen Gerichts Bote. Frön-Altar, hohe und heilig Altar, Fronen Creutz Christi, Fronleichnam Christi. It. Frönen-Zinß, qui dabatur olim ad conservationem judicii illius Burggravii seu Cæsarei. Huic judicio obnoxiæ fuerunt omnes illæ domus templa et areæ in hac urbe Magdeburgica, quæ etiam hodie censum hunc ad diem *D. Andreæ* solvunt, non judicio, quod abolitum est, sed partim civi cuidam certo, qui ex munificentia Principis eum quotannis colligit, in privatum usum, partim Canonicis collegii in Neapoli Magdeburgica, qui et donationis

tionis et emtionis titulo partem aliquam hujus censuſ ſibi vindicant atque recipiunt.

Anaſtaſius III. Papa. *Lando* Papa. *Leo VI.* *Johannnes XI.* Sub quo obiit *Conradus I.* Imperator octidui ante natalitia Chriſti, quibus in Eccleſia annus inchoabatur 20, quo electus in Cæſarem eſt *Henricus* Auceps. In quibusdam Annalibus notatum legi, hunc *Conradum* ad Imperiale faſtigium perveniſſe ductu potiſſimum *Ottonis* D. Magni Saxoniæ, cum ipſe oblatum Imperium recuſaſſet, cui auctoritas atque ſententia acceſſit Archiepiſcopi Moguntini. Ob hanc fidem *Conradus* Imperator *Ottonem* D. quoad vixit, tanti fecit, ut de ejus conſilio plerasque Imperii res adminiſtrarit, eumque quaſi vicarium ac defenſorem Imperii nominarit. Licet vero *Henrico* Aucupi ejus filio initio quidem iniquior eſſet, attamen moriturus per fratrem *Everhardum* ei Imperium detulit, adductus admiratione virtutum ejus.

Huic narrationi non admodum diſſimilis eſt ſequens hiſtoria de *Carolo V.* Imperatore et *Friderico* Duce atque Electore Saxoniæ. Nam is Dux et Elector Saxoniæ *Fridericus*, cognomento Sapiens, delatum ſibi pridem Imperium reſignat *Carolo V.* communicato prius conſilio cum *Alberto* Moguntino Cardinale Electore ac Archiepiſcopo Magdeburgenſi, quibus deinde ſuffragantur reliqui Electores Principes. *Sleid.* lib. 1. Commentar. Quapropter *Carolus* ipſum *Fridericum* ejusque fratrem *Johannem* Electores Saxoniæ ſemper reverenter coluit. Et quanquam hujus filio *Johanni Friderico* poſtea ſuccenſeret, eumque propter religionem bello victum atque captum mortis ſententia damnaſſet, tamen Electoris Brandenburgici *Joachimi II.* oratione graviſſima ac commemoratione multorum meritorum familiæ Saxonicæ, imprimis vero hujus patrui (cujus ſolius auſpicio Imperialem majeſtatem conſecutus eſſet) erga domum Auſtriacam ab æſtu concepto vehementioris indignationis nonnihil remittens, captivi Principis vitæ pepercit, atque aliquot annis in cuſtodia clementer tractatum tandem dimiſit, miratus morum ejus piam integritatem atque religioſam innocentiam. *Sleid.* lib. 24. *Lambertus Hortenſius* lib. 7. bell. Proteſt.

 Henri-

Henricum Imperatorem Aucupem ideo dici scribunt, quod aucupio mirifice delectatus fuerit, quo etiam occupatus erat tum, cum ei denunciaretur electio per *Everhardum Conradi* Imperatoris fratrem. *Fabricius* notavit nummos argenteos terra effossos non procul a Grimma, repræsentasse effigiem *Henrici I.* manu dextra avem tenentis. Sed & *Ottonum* Imperatorum & *Conradi* Saliqui Imper. aliquot sigilla vidi eadem effigie insignita.

CAPUT XXV.

De Ungaris (Hünen) & antiqua turri lateritia in monasterio Mariæ Magdalenæ ad Albim in urbe Magdeburgk.

Hunni seu Ungari, gens Scythica ex Asia circa annum 373. egressi, Sarmatarum terras adorti sunt, progressique ulterius *Arcadio* Imperatore Romano Gotthos in Pannonia oppresserunt. Inde promotis castris Germania superiore ac Italia hostiliter peragrata Galliam invadunt, in qua ad urbem Tholosam ingenti strage profligantur ab Aetio Romano Præside, *Meroveo* Francorum & *Theodorico* Gothorum regibus Anno Christi 455. Anno 2. *Martiani* Imperatoris.

Mortuo Anno Christi 459. Attila eorum rege, & filiis ejus de successione diffidentibus Gotthi rursus recuperatam Pannoniam tenuerunt, usque ad *Justinianum* Imperatorem, annis amplius 100., majori Hunnorum parte ejecta, quibusdam vero eorum manentibus sub Imperio Gotthico in Ungaria.

Sub *Justiniano* Hunni cedentibus Longobardis, qui Pannoniæ partem Italiæ vicinam excussis Gotthis jam annos 42. possederant, ademtam eam totam Romano Imperio occupant, Gotthis partim deletis, partim intra montana compulsis. Horum montanorum Gotthorum posteritas sunt hodie Transsylvani, quibus accesserunt reliquiæ Dacorum & veterum colonorum Pannoniæ, Non igitur sunt

Saxonum

Saxonum coloniæ per *Carolum Magnum* eo traductæ, ut Annales Saxonici nugantur.

Tenuerunt autem Hungari Pannoniam ad *Carolum Magnum* usque, qui contra eos & vicinos Sclavos Illyricos Dalmatasque ordinavit Marchiam in ſuperiori Pannonia (nunc Auſtria dicta) & Marchiam Styriæ. Ab hoc tempore quieverunt illi usque ad annum primum *Arnoldi* Imperatoris. Tum novæ & majores Ungarorum copiæ ex Scythia effuſæ ſeſe conjunxerunt cæteris, qui in Pannonia bello, quod *Carolus Magnus* per octo annos cum ipſis geſſerat, ſuperfuerant. Hi deinde Anno Chriſti 907. Germaniam crudeliſſime vaſtarunt, & ab iis *Ludovicus* Imperator pacem redemit multo auro.

Eosdem poſtea iterum Germaniam aggredientes placavit Imperator *Conradus* promiſſa penſione annua. Quam cum negaret *Henricus* Auceps Anno 923. rurſus irruperunt per Franconiam & Thuringiam hanc in Saxoniam, in qua primi nominis oppida, Bremam ad Weſeram & Magdeburgum ad Albim incendio & direptionibus vaſtarunt. Sed in patriam revertentes & opima præda onuſtos *Henricus* Auceps e Mersburgo ducens exercitum in Oſtlandia profligavit, capto eorum duce præcipuo. Hunc ut redimerent, coacti ſunt inducias novem annorum cum Imperatore *Henrico* paciſci.

Intra ſpatium novennalium iſtarum induciarum *Henricus* Auceps Imperator Saxonicam juventutem inſtituta militari diſciplina armis exercuit. Ex agris & villis idoneos quosque ad arma tractanda in oppida cöegit, quæ moribus ac legibus formavit, & muris, foſſis ac vallis circumdata munivit ad reprimendas Hungarorum crebras ac ſubitaneas irruptiones. Quibus omnibus conſtitutis novos milites ſuos, ut prima tyrocinia deponerent, ſecum eduxit in gentem Sclavonicam Thuringiæ atque Saxoniæ vicinam, quam quia Hungaris commeatum, militem & alia ſubminiſtraſſent, bello perſequi ſtatuerat. Hujus gentis vero cum varii in vicinia eſſent populi, primum movit in Henetos ultra Albim ad Havelum, quibus Brandenburgum eripuit. Deinde Sorabos Dalemincios intra Albim & Salam vicit expugnata

Grona arce & oppido in ripa Mildæ infra Eilenburgum. Postea Lusatos repressit, condita urbe Misnensi.

Tandem Rhedarios vel Lüneburgicos Sclavos compescuit, everso Lunkin oppido eorum. Devictis his Sclavis opposuit Marchias, valido præsidio firmatas: Misnensem, Lusatiam & Brandenburgensem, quibus ad arma revertentes, ne progrederentur, inhibuit. Et ut hæc gens fera, & a Christiana religione aliena de Deo recte erudiretur, ac studio discendæ pietatis ac humanitatis mansuefacta, omne bellandi studium prædandique consuetudinem tandem deponeret, Ecclesias seu Episcopatus instituit: Vallerslevensem, Havelbergensem, Brandenburgensem, Misnensem & Mersburgensem, sed plerosque horum tantum inchoatos *Ottoni* filio absolvendos reliquit.

Tumultuantium Sclavorum exemplo Dani etiam *Henrico* Imperatori rebellarunt, verum iis edomitis & subactis Marchiam Slesvicensem opposuit.

Ita Sclavis perfidis punitis & passim in Imperio motibus intestinis sedatis, Saxonia quoque legibus ornata & urbibus munita, incolis vero ejus arte militari contra Hungarorum incursiones instructis, filio *Ottoni* nuptias celebravit splendidissimas, data ei in uxorem *Edittha* (diplomata habent Aedgida) regis Angliæ *Edoardi* filia, virgine pietatis & formæ laude celeberrima. Sponsæ attribuit castrum Magdeburgk cum appido diruto, quod ea sibi elegerat propter loci amœnitatem, & Albis fluvii navigabilis commoditatem.

Finitis induciis revertuntur Hungari majoribus quam unquam antea copiis, cum solitum tributum petentes ignominiose rejecti fuissent. Et Germaniam duobus agminibus longe lateque devastarunt. Unum agmen prope Jecheburgk non procul a Sangerhusen in Thuringia confidens a Thuringis deletur, cæsis præcipuis ducibus eorum.

Alterum agmen Mersburgum ad Salam in limitibus Saxoniæ obsidione cinxit, & summis viribus frustra oppugnavit. Interim Imperator *Henricus* copias ex hæreditariis regionibus suis collectas & Magdeburgi lustratas celeriter Mersburgum adduxit. Eo etiam veniunt ad ipsum auxilia ex omni Imperio. Quibus in unum contractis

tractis Hungaros Anno Christi 933. in Quadragesima ingenti prælio vicit. Qua de re pluribus *Aventinus,* Chronic. Mersburg. & Chron. Mansfeld.

Tam insigni clade afflicti Hungari abstinuerunt a Germania deinceps tempore *Henrici* Aucupis. Cum autem postea instauratis viribus eam rursus adorirentur, evocati per Episcopum Salzburgensem & *Conradum* D. Franconiæ, ductore *Ottone* Wittelsbachio Comite, & partitis agminibus omnia incendiis, rapinis ac deprædationibus immani rabie devastarent, *Otto Magnus* Imperator omnem eorum exercitum delevit internecione quatuor Principibus cum rege *Bultzkone* suspensis. Quod factum est Anno Domini 955. die Laurentii, non procul ab Augusta ad Lycum amnem prope Thierhaupten. Hac clade suorum territus *Geila* successor *Bultzkonis* regis cum Imperatore *Ottone* pacem fecit. Postremo *Henricus* Sanctus Imperator fœderibus & societate Hungaros Imperio æquiores reddidit, & Christianos effecit.

In his tumultibus & terroribus Hungaricis exstructam turrem illam lateritiam vulgo perhibent, quam supra dixi reliquam esse a veteri Castello Romanorum Magdeburgk, nunc in cœnobium D. Mariæ Magdalenæ commutato. Appellatur enim der Hünen Thorm, veluti Tartarorum turris ad Albim in mœnibus hujus urbis ex adverso aulæ Archiepiscopalis, posita Anno Domini 1239. ædificatur metu Tartarorum, quorum crudelitatis fama tum terrebat universam Germaniam.

Hæc alia fuit Turris ad mœnia penes templum cathedrale Ao. 1293. exstructa, vid. *Pomar.* Chron. ad hunc ann.

Et quia ex scapula & costa, ossibus corporis Hungarici viri (in memoriam Hungaricorum bellorum posteritati in Magdeburgo urbe suspensis, hac in templo D. Jacobi, illa vero D. Petri) non minus quam ex mola Herculis æstimari potest, Hungaros fuisse corporibus vastis atque proceris. Ideo proverbiali locutione nostrates etiam hodie hominem prodigiosæ staturæ appellant Einen grossen Hünen. Ab ipsorum etiam morum feritate ac vultu horrido Germanica vox remansit Ungehür, quæ est affinis vocabulo Ungari.

CAPVT

CAPVT XXVI.

De *Bernhardo* Episcopo VI. Halberstatensi.

Cum *Henricus* Imperator sedandis Sclavonicis motibus ac muniendis Imperii finibus contra Danos ac Sclavos, & in propaganda religione occuparetur, obiit Episcopus Halberstatensis *Sigismundus* Anno Christi 926. Pontifice Romano *Johanne XI.* cui successit *Bernhardus* Præsul, agnatus Burggravii Magdeburgensis sive *Friderici*, qui in prælio ad Mersburgum contra Hungaros Imperatori adfuit, sive *Gereonis* Marchionis Lusatiæ & Brandenburgici, qui huic successerat, in Burggravionatu. Generis igitur nobilitate clarus fuit & primus, quem legimus e nobilibus hujus provinciæ in Episcopum electum. Postulabat vero id summa Ecclesiæ necessitas, cum in adaucta ejus bona & prædia multorum sæviret improbitas, ut ad horum compescendas injurias Episcopos constituerent non minus potentia quam sapientia & virtute munitos. Et generosis animis major insita est pietas & φιλοστοργία erga Deum & homines. Etenim ii semper majori afficiuntur cura ornandæ tuendæque Ecclesiæ & cupiditate de communi subditorum salute bene merendi, quam homines plebejæ conditionis & a nobilitate alieni: præcipue vero cum hæ virtutes a parentibus acceptæ studio litterarum, disciplina, honestis exercitiis & actionibus exsuscitantur. Tunc verum est illud *Pindari*: Φυᾷ τὸ γενναῖον ἐπιπρέπει ἐκ πατέρων παισὶν λῆμα. Generosi parentum animi natura in filiis excellunt. Hymno 8. Pythior.

Quapropter a Græcis poetis nobiles dicuntur διοτρεφεῖς, quasi a Deo ipso enutriti, a quo nimirum virtutum semina hauserint, a latinis Pöetis vero Divum sanguine sati, tanquam divinitus æque sapientia & beneficentia quam potentia ornati. Tales namque sunt, qui beatius judicant esse δοτικὸν quam ληπτικον. Sicuti *Artaxerxes Longimanus*, quo in genere humano munificentior erga Ecclesiam Monarcha non fuit, dicere solitus fuit: Regalius esse addere quam adimere,

adimere, sentiens, Principe dignius esse honorem & opes eorum, quibus imperat, potius augere quam minuere.

Et *Augustus* Octavianus Romanorum Imperator gloriari solebat, se Romam acceptam lateritiam relinquere marmoream. *Cyrus* vero Persarum rex apud *Xenophontem* ad omnes jurat Deos, se majori affici voluptate, cum aliis benefaciat, quam cum se ipsum ditet. Judicantes nimirum tanti heroes Principi magnificentius nihil esse, quam si ditionem & subditos reddat meliori statu. Ob has virtutes cum potentia conjunctas usu hinc usque receptum fuit, ut Principes viri ad gubernationes Ecclesiarum vocarentur, vel ex ipsis Diœcesibus, vel aliunde, si qua familia honesta pietate & virtute conspicua esset.

Erga hos vicissim subditorum major quoque est reverentia atque obedientia, ipso etiam *Cicerone* teste in oratione pro Sestio: Omnes (inquiens) boni semper nobilitati favemus. Et quia utile est Reipublicæ nobiles homines esse dignos majoribus suis, & quia valet apud nos clarorum hominum, & bene de Republ. meritorum memoria etiam mortuorum.

Præfuit hic Episcopus annis 41. Romanam Ecclesiam regentibus *Johanne XI.* cujus Pontificatus anno 10. & *Henrici* Imperatoris 7. præsulatum Halberstatensem accepit. Deinde successerunt *Leo VI. Stephanus VII.* & *Johannes XII.* Hujus Pontificatus anno 4. *Henrici* vero 17. & Christi 936. fundatum est monasterium Wester-Gröningen in Episcopatu Halberstatensi, idque hac occasione.

Monasterium in Wester-Gröningen
ad Bodam.

Comes *Siffridus* ex uxore sua *Jutta* filium & filiam sibi parentibus cognomines sustulit. Filius in venatione equo præcipitatus cervicem fregit, cujus rei nuntio soror ejus exterrita, ac forficem manu

comprehensam (nendo seu acu pingendo, iners otium fugitans) cum e superiori conclavi præcipitantius descenderet, corpori infixit, e quo ictu & ipsa moritur. His tragicis casibus liberorum suorum consternati animo parentes, cum carerent prolis successione, bona sua v. c. Croppenstidde majus & minus, Wendlingen, sylvam Hackel, Heteborn, Daldorff & alia Abbati ac monasterio Corbeiensi ad Weseram jure sempiterno addixerunt et adscripserunt cum hac conditione, ut sibi adesset in exstruendo monasterio in Wester-Gröningen. Recepit vero Abbas hæc bona & inde fratribus conditi cœnobii alimenta dedit. Sed cum posteris seculis hæ villæ sæva latrocinantium rabie non semel infestarentur, ac Abbas longius remotus defendere eas non posset, attribuit majus ac minus Croppenstidde Episcopo Halberstatensi, per quem horum locorum incolæ civitatis jure donati, cohabitare cœperunt. His sese conjunxerunt coloni e villis Ammendorff & Niestede, quæ nunc desolatæ ad ortum oppido Croppenstidde adjacent. Unde reliqua sunt rudera trium Ecclesiarum in Wentlinge prope portam S. Andreæ & ad D. Virginem.

Hæc mihi Senatus scripta tradidit de sui oppidi antiquitate, & occasione fundati Monasterii Wester-Gröningen. Quibus subjiciam & fundationis litteras, quas ad me transmisit *Reinerus de Bouckholt* Abbas Corbeiensis, quæ tales sunt:

In nomine Dei omnipotentis. *Folckmarus* Corbeiæ indignus Abbas omnisque congregatio inibi Deo serviens, omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis salutem. Quia statuta sæpe majorum perturbat turba pravorum, & juste possessa aliquando injuste putantur acquisita: idcirco unanimitati vestræ notum fieri volumus, qualiter quidam Comes *Syfridus* nomine, ob spem retributionis æternæ tradidit hereditatem suam ad nostrum monasterium in pago Hardga in loco, cui vocabulum est Wester-Gröningen, sito juxta fluvium Bode, hoc est, Ecclesiam ipsam cum Clericis, quos ibi proprios habuit, & metallis, & quicquid in Australi parte ecclesiæ intra urbem

bem eſt, & quicquid extra urbem hæreditatis poſſidet, in agris, pratis, paſcuis cultis & incultis, aquis, aquarum diſcurſibus, pro rege glorioſiſſimo, videlicet *Henrico*, cum ſerena *Machtilde* & regia prole *Oddone*, *Henrico*, *Brun*, *Gerbeg*, *Hathuwin*, nec non & pro ſe ipſo una cum conjuge *Guthic*, & pro omnibus ſuis debitoribus ea ratione, ſi fieri poſſet, ut eum juvaremus monaſterium inibi conſtruendum, & ut duobus monachis de noſtra congregatione ipſum locum perpetuo commendaremus. Quod & fecimus in præſenti. Inſuper & alios quatuor Clericos cum eis direximus. Hæc traditio facta eſt præſente Deo, coram altari ſanctiſſimorum Chriſti martyrum *Stephani* Protomartyris, & *Viti* noſtra aſtante parvitate, ſimulque advocato noſtro *Hogero*, cum aliis teſtibus *Luidbrando*, *Aged Thiadmaro*, *Heodwardo*. Actum autem novæ Corbeiæ Anno incarnationis dominicæ 936. 7. calend. Junii, v. poſtridie Urbani. Indictione 23. glorioſiſſimi regis.

Poſt hujus monaſterii inſtitutionem non diu ſuperſtes fuit *Henricus* Imperator, ſed die 14. vel VI. Nonas Julii v. die viſitationis Mariæ virginis proxime ſubſequenti, cum pararet profectionem in Italiam, in caſtello Meimleube ad Unſtrout fluvium ſito, in confinio Thuringiæ & Saxoniæ (quod poſtea in monaſterium commutatum inſigne fuit morte *Ottonis I.* Imperatoris, cujusque bona per *Mauritium*, Electorem Saxoniæ, nunc attributa ſunt ſcholæ Portenſi) mortem obiens ſepelitur Quedlinburgi in templo D. Petri & Servatii, ſub choro e regione Capellæ D. Nicolao ſacræ. Mons ille, cui templum hoc cum monaſterio incumbit, poſtea flammas igneas evomuiſſe ſcribitur.

Tria vero *Henricus* Imperator ſuo officio digna fecit, quibus piam ac gratam ſui memoriam ad poſteros reliquit.

I. Chriſtianam religionem latiſſime propagavit, conſtitutis eccleſiis ſeu Epiſcopatibus apud Danos, Henetos, Sorabos, Luſatos & Rhedarios. Inter Saxones vero fundatis monaſteriis & collegiis eam con-

 firmavit,

firmavit. Nam suis auspiciis uxor ejus *Machtildis* Quedlinburgi inchoatum cœnobium virginum ingenuarum absolvit. In Angria Westphaliæ cœnobium D. Michaelis exstructum. Item cœnobium in Ringelheim, in Northausen ad S. Eustachium & prope Duderstadt in Polede.

II. Imperium amplificavit adjectis regionibus Danorum, Henetorum, Soraborum, Lusatiorum & Rhedariorum, quibus & tributa imposuit & Marchias præsidiis firmatas constituit. Deinde Mersburgum renovavit. Quedlinburgum & Goslariam condidit, & alia oppida Saxoniæ, quæ voluit robur esse Imperii, in quibus ordinem disciplinæ, legum & judiciorum sancivit, quæ ipsarum civitatum sunt nervi & animæ, quos civitatum nervos Gorgias apud *Platonem* ψυχὴν, *Pindarus* vero ϐαθρὸν πολεων vocat. Saxones quoque habitantes in casis, per sua quosque rura sparsos, inter sese coeundo ac ceu vinculo societatis conjunctim in oppidis viventes, sollenniaque nuptiarum, mercatuum aut aliarum festivitatum seu conventuum publicorum celebrantes, ab agresti vita ad mansuetiores mores perduxit.

III. Ludos militares nobilium, vulgo hastiludia vel torneamenta appellata, instituit, ut nobiles in officio contineret, eosque laudis præconio ad virtutem exsuscitans, redderet τὰς εὐγενεῖς καὶ εὐαρέτας, quales *Antisthenes* Philosophus Atheniensis eos esse voluit. Deinde ut haberetur discrimen inter genuinos nobiles, qui ex quatuor avis probare possent nobilitatem suam, & ementitos aut fictitios, qui titulotenus nobiles essent, hos ludos militares multis privilegiis confirmavit, & primos eorum Magdeburgi in campo Martio An. 936. circa Trium regum celebravit. Inde usque ad annum Christi 1487. horum usus permansit in Germania, quando ultimi habiti sunt Ratisbonæ ad Danubium & Wormatiæ ad Rhenum. Intermissis vero iis nobilium vulgus nunc prorsus degenerat ab avita virtute, & nemo se vere nobilem esse judicat, nisi qui hujus equestris exercitii articulorum minimum observarit.

Fuerunt

Fuerunt autem hæc militaria torneamenti exercitia instituta ab *Henrico* Imperatore in eum fere finem, quo ludi Olympici & Isthmici apud Græcos. Item societas regis *Arturi* regis Brittanni. Ordo equitum Garteriorum in Anglia. Ordo militum S. Michaelis seu concharum marinarum in Gallia, & Ordo aurei velleris in Burgundia & Germania. Ad hos enim Ordines nemo admittitur, nisi virtutis, pietatis & honestatis præclara habeat testimonia.

Vollateran lib. 29. Philolog. *Lazius* libr. 10. Commentar. Reip. Rom.

Oremus autem Deum opt. max. ut harum provinciarum nobilitas ac proceres, quos illustri generis splendore, maxima inter suos auctoritate quotidianaque facultatum accessione ac incremento ornavit, sint in excubiis pro vera ecclesia Dei, & communi dulcissimæ patriæ salute, sintque omnes organa salutaria, per quæ Deo grata & hominibus utilia fiant, memores dicti hujus: Qui prælia domini prælïaris, non invenietur in te iniquitas omnibus diebus vitæ tuæ. 1 Reg. 25. Et: Estote contenti stipendiis vestris. Neminem concutiatis & neminem calumniemini. Lucæ 3. Quo nimirum benignus Deus familiis ipsorum vicissim benedicat benedictione sempiterna. Huic etiam acceptum ferri oportet, quod nomen grande habeant juxta nomen magnorum, qui sunt in terra. 2 Reg. 7.

De Oppidis Gröningen & Croppenstidde in Episcopatu Halberstatensi.

Oppidum Gröningen ad Bodam fluvium in districtu Hardgou situm est, loco sane amœno & propter agrorum fertilitatem & pratorum copiam vitæ hominum perquam accommodo. Et quoniam hic *Hackelus* mons versus Occasum in planiciem descendit atque finitur, Boda fluvius assumtis prope Wevelingen Goltbeca, & supra castrum Crottorff Holtemma fluviolis, reflectit cursum suum in Ortum solis alveo directo præterlabente castrum Crottorff, utrumque pagum Alslebe & Aleckendorff. Quoddam vero brachium ejus modico flexu

excurrit in Boream ad Oschersleven oppidum, ubi excepta corrivatione stagnantium aquarum in palustribus locis ibidem, revertens sese rursus infundit alveo prope Hadmersleben cœnobium. Inde orientem solem petit, donec misceatur Salæ flumini ad monasterium Mönnichen Nienburg infra Bernburgum civitatem.

Tres autem oppidi hujus partes sunt. In occasu altiori ripæ fluvii Bodæ impositum cernitur monasterium a Comite quodam *Siefrido* conditum, de quo supra. Huic hominum habitationes circumpositæ & muro clausæ civitatem effecere ab annis usque sexcentis, dictam olim Wester-Gröningen nunc Kloster-Gröningen.


In adversa Bodæ ripa, eaque depressiori arx est pervetusta ac primaria ditionis Halberstatensis.

Arci subjacet a Septentrione oppidum, jure municipali per Episcopum Halberstatensem *Albertum* Anno Christi 1371. donatum; quod inde Stadt Gröningen, vel ab arce contigua Hauß Gröningen, vel quod paullo amplius est, grosen Gröningen nuncupatur. Hoc oppidum a meridie adhærentem habet pagum Sued Gröningen vocatum, seu Sudendorff. Hæ duæ partes sunt sub Imperio Senatus unius, licet & muro & parochiis disjungantur. Pars vero tertia Wester-Gröningen scilicet Abbatem Corbeiensem in Westphalia ad Weseram agnoscit dominum suum, & separatur a duabus illis partibus mediocri spatio atque intervallo sylvulæ cujusdam, item pratorum & fluvii Bodæ lapideo ponte juncti.

Croppenstidde positum est paullo remotius a dextra descendentis *Bodæ* fluvii ad anteriores collicuIos montis *Hackeli* in latere septentrionali. Est oppidum angustum, sed muro circumdatum, unam habens parochiam intra urbem. Extra eam in desolatis pagis visuntur templa, quorum muri ruinosi in publica oppidi ædificia trans-

transferuntur. In foro domus est, in qua cerevisia coquitur. Sub hac scaturit fons aquæ, pecoribus æque ac hominibus publice servientis. Ante domum Senatoriam *Crux* terræ infixa in hunc modum formata conspicitur,

quam



quam vocant das freye Creuß, vel quia donati ſunt mercatu annuo, qui ſua ad certos dies habet libertatis jura, vel quia hebdomadarias uſurpant nundinas, ut vulgus civium iſthic falſo opinatur. Videtur enim mihi relictum ab antiquo veſtigium iſtius imaginis, quam Weichbilde vocant, et ſignum erat iſti oppido jure municipali non minus uti licere, quam aliis urbibus. Qua de re vide Weichbilde Artic. 9. in gloſſa.

Hæc oppida Gröningen et Croppenſtidde duo communia habent. Primo muris circumdantur non lapideis, ſed e terra inſperſo ſtramine pedibus bene ſubacta compactis. Quod genus parietum ſeu maceriarum uſitatum quidem eſt in his regionibus Saxoniæ, ſed tamen ubi aut omnino nullæ aut raræ ſunt lapidicinæ, quæ certe deſiderari circa hæc oppida haudquaquam poſſunt, cum paſſim et ubique locorum in hac ditione Halberſtatenſi et lapides et calx, et id genus cæmenta copioſe effodiantur. Quare judico veteres muros ante ducentos ferme annos fuiſſe lapideos, id quod particulæ quædam murorum adhuc reliquæ teſtantur, ſed tumultuaria opera conſtructos, cum hæc terra bellorum difficultate plurimum affligeretur, et latrocinantium rabie atque injuria ſubinde infeſtaretur. Poſtea vero his terroribus ſublatis hominum diuturna pace fruentium negligentia collapſos eſſe. Ne tamen cuivis transſcendendi licentia eſſet, has terreas ſubſtitutas macerias, quanquam crebris turribus lapideis diſtinctas.

Secundo: Utrobique fodinæ metallicæ fuerunt. Croppenſtadii cuprum effoſſum eſſe in agro Croppenſtede, auffm Kroppenſtedtiſchen Felde, teſtantur collapſæ fodinæ a cupro nominatæ. Et quis dubitet appellationem oppidi inde deſumtam, ut ſit Croppenſtidde pro Copperſtidde per litterarum tranſpoſitionem? Prope Weſter-Gröningen fodinas metallicas exſtitiſſe, ex litteris fundationis iſtius cœnobii, quas ſupra addidi, liquido apparet.

CAPVT

CAPVT XXVII.

De fundatione Monaſterii Bergenſis ad Albim.

Patri *Henrico* Aucupi ſucceſſit filius *Otto* eodem anno 936. Et initio ſui Imperii peracta conſecrationis ſolennitate, fundavit in honorem *S. Mauritii* et *Innocentii* martyrum monaſterium in Magdeburgk, quod nunc extra urbem poſitum in loco editiori ad Albim in meridie monaſterium Bergenſe dicitur, ut habetur in litteris fundationis, quas adſcribam.

In nomine S. et individuæ Trinitatis. *Otto* divina favente clementia rex. Noverint omnes fideles noſtri præſentes ſc. ac futuri, qualiter nos ob amorem Dei omniumque ſanctorum in loco Magdeburgk nominato Eccleſiam conſtruere ſtuduimus, *ſancti Petri* Principis Apoſtolorum ſanctorumque martyrum *Mauritii*, *Innocentii* ſociorumque eorum patrociniis intereſſe, illorumque obſequia, quantum ſuppetit humanitas, inibi ut agantur, cupientes. Ad eosdem vero ſanctos et ad uſum nutrimenque congregationis illic eis ſervientis ob *Memoriam* patris noſtri, et pro remedio animæ ipſius, venerandæque matris noſtræ, noſtrique et conjugis noſtræ, cujus et prædictus locus Dos fuit, et prolis noſtræ, omniumque debitorum noſtrorum, nec non et *Rudolfi* regis, qui nobis ſanctum transmiſit *Innocentium*, conſiliantibus nobis Epiſcopis, qui tunc in præſenti erant: *Frederico* videlicet (Moguntino et ſucceſſore *Hildeberti* conſecrantis *Ottonem*) et *Adalgago* (Hamburgenſi) Archiepiſcopis. *Balderico* (Trajectenſi) *Thiethardo* (Hildeſienſi) *Ebergiſo* (Mindenſi) *Amalrico* (Spirenſi) *Oldarico* (Auguſtano) *Burchardo* (Wirceburgenſi) *Bernhardo* (Halberſtatenſi) et *Amalungo* (Verdenſi) Epiſcopis, res noſtræ proprietatis, quæ ſubnotantur, in proprium damus.

In pago Northuringa in Comitatu Thietmari in Magdeburgk curtem noftram cum ædificio, et territorium illuc pertinens, cum omnibus locis ex Occidentali parte Albis fluminis ad eandem civitatem pertinentibus vel fervientibus, cuicunque fint beneficia h. e. Fridumresleba, Preitalitze, Bucuvi, Frofa, Rotharteftorp, Thetmundeftorp, Tieithereftorp, Ofter-Waddinga, Ottersleva, Suldorp, Nuen-Wattinge, Ifcateftorp, Dudulou, Watanefuneg, Mantesleba, Witricheftorp, Unundifcumburgk, Bizzun, Liebolteftorp, Trumpfize. Quatuor hobas in Valdorp, et quicquid ad præfatum locum pertinens habuimus ex Aquilonari parte Horaha fluminis in locis ita nominatis: Mofan, Pelnuzi, Unzoboro, Welpuchi, Zelici, et in Comitatu Geronis in Bigera 3. familias litorum, et in Comitatu Chriftiani in Grimheresleba 15. familias Slavorum et omnis cenfus ac venationis acquifitionisque decimam in Mortfani et Lizize et Heveldui præfatæ congregationi, et ut in iis ligna et herbæ in ufus fint et porci faginentur. Omnes præfatorum locorum familias cum cunctis ad hæc jure pertinentibus mancipiis, ædificiis, agris, pratis, pafcuis, aquis, fylvis, aquarumque decurfibus, molendinis, pifcationibus, exitibus et reditibus, quæfitis et inquirendis jure perhenni in proprium damus et condonamus eædem congregationi, ut familiæ eorum cum nullo nifi advocato eorum juftitiam fecularem cogantur agere, et nulli nifi eædem congregationi fervire, et illa nifi Deo et fanctis ejus, nifi tantum fingulis annis unum cavallum, fcutum et lanceam, vel duas Crufinas dent, ut fciant in mundiburdio regis fe effe. Electionem eis conceffimus Abbatem inter fe eligendi et advocatum quemcunque velint, Abbatem tamen dignum. Et ut hæc noftræ traditionis auctoritas plena vigeat firmitate, juffimus hoc præceptum confcribi, per quod fanximus, ut nullus fucceflorum vel hæredum noftrorum temere illud præfumat infringere. Et fi ullus homo in iisdem rebus aliquid injuriæ facere præfumferit, fummi Judicis vindictioni fubjaceat, iramque prædictorum martyrum incurrat. Et ut hæc a fidelibus noftris verius credantur, manu noftra fubtus firmavimus, et annulo noftro

figillari

ſigillari præcepimus. Actum Magdeb. X. Calend. Octobr. die *Matthæi* Apoſtoli. Anno Domini 936. Regni XI. Alii 937.

Præter has facultates *Otto* Imperator per commutationem a *Bernhardo* Epiſcopo Halberſtatenſi acquiſivit nonnulla alia bona, quæ eccleſia *St. Stephani* in Halberſtadt habebat in Magdeburgico Marcho, videlicet Decimam de hominibus ejusdem Magdeburgicæ Eccleſiæ, et popularem Eccleſiam in Magdeburgk.

In hoc privilegio mentio fit pagorum, Weſter Waddinga, Nartaradeſtorp, Iſcadeſtorpf, Iman Waddinge, Oſter Waddinga, Apendorp. Item in alio diplomate idem donat quædam in his quatuor locis, pertinentibus ad Caſtellum in Magdeburgk, Hardredeſtorp, Ottersleba, Suldorp, Hunan-Waddinga.

Item alia in pagis Hanumdeſtorp, Innenslebu, Michotandorp, Glinde, Wadinge, Plocaviſci, Thatereſtorp.

Sederunt autem monachi in hac urbe Magdeburgo usque ad annum Chriſti 965, et ita incluſive 29. annos.

Nam ita habet peculiare diploma, in quo *Otto* Imperator translatis monachis extra urbem donata quædam confirmat, in quo hæc ſunt verba:

In nomine S. et individuæ Trinitatis. *Otto* divina annuente clementia Imperator Auguſtus, ſanctis ac venerabilibus locis beneficia noſtræ munificentiæ largimur tam pro præſenti ſtatu a nobis regendæ Reipubl. quam futuræ mercedis remuneratione. Idcirco omnium fidelium ſanctæ univerſalis Eccleſiæ noſtrorumque præſentium ſc. et futurorum noverit univerſitas: Qualiter nos pro amore Dei ſanctique *Johannis* Baptiſtæ et pro remedio animæ noſtræ, nec non dilectæ conjugis *Adelheidæ* noſtrique amantiſſimi *Ottonis* regis, per hujus præcepti noſtri cartam Imperiali auctoritate ad Monaſterium ſupra memorati ſancti, quod in ſuburbio Magdeburgk conſtructum nobiliter monachorum claret collegio donavimus. Actum Anno dominicæ incarnationis 965.

Per quem vero illud extra urbem ædificarit, exponit ipſe Imperator in illo diplomate, quo ſubjicit Abbatiam Bergenſem Epiſcopatui huic, ubi ſic ait:

Nos *Otto* interventu conjugis noſtræ *Adelheid* et filii noſtri *Ottonis*, dedimus Eccleſiæ *S. Mauritii* in Magdeb. monaſterium, quod *Billingus* Comes in prædio vel fiſco Imperii dicti *Ottonis*, in honorem *S. Johannis* Baptiſtæ ac beatorum *Petri* et *Pauli* Apoſtolorum conſtruxit, cum caſtello et villa Anno 968. Regni 33. Imperii 7.

Obſervanda e fundationis litteris de Monaſteriis Bergenſi et Weſter-Gröningenſi.

I. Magna eſt tam veterum quam recentiorum hiſtoricorum variatio in annis Imperatorum *Henrici* Aucupis et *Ottonis*. Deinde *Hilbertum* Epiſcopum Moguntinum adhuc vixiſſe Anno 939, alii vero 38. aſſerunt, ſed in *Ottonis* fundatione *Fredericum* Archiepiſcopum ei ſucceſſiſſe legitur Anno 36, non ita diu poſt conſecrationem. Ut vel hinc manifeſte appareat, quam neceſſarium ſit ipſa Originalia inſpexiſſe diligenter, et non inepte *Aventinus* judicet libr. 7. Annal. publicam inſtrumentorum auctoritatem fabulis Chronicorum eſſe præferendam. Ac *Nauclerus* generat. 21. litteris authenticis et probe munitis magis credendum cenſeat, quam hiſtoriarum ſcriptoribus. Recte igitur *Crantzius* Metropol. lib. 3. cap. 14. dicit. Quomodo poteſt certior fieri ſupputatio annorum, quam in data litterarum, quæ utique perfectiſſime cujusque annos et tempora indicat.

Vol. 2.

II. Ob quam cauſam potiſſimum cœnobia ſint inſtituta, nempe propter meritum. Sed in ipſis fuerunt etiam ſcholæ ſemper adjunctæ, ut ea de re copioſe *Trittenheimius* in Hirſavienſi Chronico ſub *Hederado IV.* Abbate pag. 26. et *Dithmaro VI.* Abbate pag. 38. Et quanquam ibi ſpeciatim non meminit *Otthoniani* hujus monaſterii, tamen quanta cura juniores fuerint in illo quoque eruditi, videre

videre eſt ex hac diligenti commendatione magiſtri ſcholæ ejus apud *Crantzium* Metropol. lib. 3. cap. 37. *Albertus I.* Archiepiſcopus Magdeburg. ſucceſſorem habuit Othricum, virum ea tempeſtate doctiſſimum, cujus doctrinæ fama celebris, auditores etiam illius illuſtravit. Qui enim Othricum meruit audire præceptorem, aliquid ſibi ſupra cæteros audiſſe videbatur. Tam celebris fama virum illum ad Archiepiſcopatum ſubvexit. Porro *Trittenheimius* teſtatur, hunc Othricum præfuiſſe ſcholæ in Monaſterio Bergenſi poſt Windichinum anno circiter 970, eo ipſo ſcilicet tempore, quo celebres ſui ordinis monaſteria ſcholas habuerunt. Non ſolum autem plebejorum hominum liberi hic eruditi ſunt; ex quibus Prælati, Abbates et Epiſcopi fuerunt, ſed et regum et principum liberi, ut alicubi notatum legimus, pietatis et litterarum ſtudia hic excoluerunt.

III. Fundator monaſterii Weſter - Gröningen *Syfridus* cum uxore *Gutta* non exprimuntur cujus fuerint familiæ, quæ res magnam obſcuritatem in hiſtoriis parit. Hinc quoque fit, ut quidam hunc *Syfridum* fratrem *Geronis* Marchionis et *Bernhardi* Epiſcopi Halberſtatenſis faciant. Alii arcem Gröning eundem exſtruxiſſe et Epiſcopatui attribuiſſe ſcribant ſine ullo probabili auctore.

IV. Magdeburgum ſitam eſſe in pago Northuringorum. Et Thitmarum quendam Comitem hic fuiſſe. Comites ſimul fuerunt *Gero* cui *Biern*, *Chriſtianus* cui *Germersleba* paruit.

V. Nomina villarum indicant, quæ ex iis hodie adhuc floreant, quæ deſolatæ ſint, et quomodo olim appellatæ fuerint.

VI. *Otto* jam electus et conſecratus Cæſar dicitur Rex usque ad annum 961. Tunc primum appellatur Imperator Auguſtus, cum inauguratus eſſet a *Papa* Romano.

Porro a tempore inſtituti monaſterii et ſolennis feſtivitatis divi *Mauritii* Ducis legionis *Thebeæ* dimanavit celebritas mercatus annui, qui in hac urbe prope ſummum templum die *Matthæi* Apoſtoli inchoatus et durans per totum octiduum, repræſentat memo-

 riam

riam fundationis primævæ. Retinuit quoque inde appellationem ſuam, ut dicatur Heermeſſe a legione *Thebea*, videlicet, quæ ſub *Diocletiano* et *Maximiniano* Imperatoribus Romanis pro Chriſti nomine cum Duce ſuo *Mauritio* ſanguinem profudit in ſuperiore Valeſia provincia Germaniæ. Qua de re pluribus ſuo loco dicetur ex *Münſtero* lib. 3. cap. 31. *Petro de natalibus* lib. 8. cap. 103. *Vincent.* lib. 12. cap. 2. *D. Ambroſio* et aliis.

Cum autem monachorum in *Otthoniano* hoc cœnobio in Magdeburgk religioſæ diſciplinæ et præclaræ eruditionis fama paſſim divulgaretur, non ſolum diſcendi ſtudio undique e Saxonicis provinciis plurimi huc convenerunt, ſed et propter religionem Chriſtianam tanta Vandalorum copia commigravit, ut anguſtum hoc municipium ſeu oppidulum e cineribus Hungaricis vix relucere et quaſi ægre reſurgere incipiens, eos omnes ſuſtinere non poſſet. Idcirco *Otto* Imperator cum conſenſu conjugis ſuæ *Edgidæ* (cujus hic locus territorium erat dotalitium) ejus mœnia amplificare, dilatare, ac urbem ſplendidiorem latioremque efficere cœpit Anno Chriſti 939. cum Romanæ Eccleſiæ præeſſet Pontifex *Leo VII.* ſucceſſor *Johannis XII.* Papæ. Huic pio conſilio acceſſerunt et aeris ſalubritas, agri frumentarii et paſcui fertilitas ac commoditas loci ad negotiationes et res bellicas, quæ omnia in condendis urbibus frequentioribus veteres potiſſimum conſiderare ſoliti fuerunt. Poſtea Anno 955. religione voti cujusdam ſui, quo commodius rem Chriſtianam ad vicinos Vandalos Iconolatras propagaret, Archiepiſcopatum inſtituere eadem in urbe ſibi propoſuit. Et quamquam Epiſcopum Halberſtatenſem *Bernhardum* ſibi reluctantem haberet, nihilominus tamen comparatis ad eam rem neceſſariis in Romana curia, et translatis monachis in Bergam, primo quoque tempore propoſitum ſuum explevisſet, quantumvis fremente Epiſcopo, niſi crebra bella ſubinde eum impediiſſent. Sed de his et cœnobio Bergenſi in ſequenti libro accuratiori diligentia et quidem prolixe, fide tamen, qua decet, agemus, inchoaturi ſecundam partem horum Annalium,

Annalium, quæ complectetur initia & incrementa & urbis & Archiepiſcopatus Magdeburgici usque ad annum Chriſti circiter 1230. quibus evolutis fatali quadam ratione omnia in his Epiſcopatibus retro in pejus ruere cœpere.

Interim vero & in fine hujus primæ partis grato pectore memoriam conſervemus illorum Epiſcoporum doctorum & piorum Principum, qui inde usque ab ipſa prima fundatione Epiſcopatus Halberſtatenſis, Eccleſias, ſtudia & judicia gubernarunt in his terris. Et quanquam multum caliginis & barbariei ex vitio barbari ſeculi admixtum fuit, tamen pia ac recta voluntas meretur laudem, neque illa initia fuerunt ſine fructu. Nam & religio felicius fuit propagata, & mores gentis noſtræ facti ſunt humaniores & cultiores.

Deinde agamus Deo gratias, qui nos e tenebris Idololatricis retraxit ad lumen agnitionis veri Dei, eumque communibus votis precemur, ut perpetuo inter nos ſervet ſanam & incorruptam doctrinam verbi ſui, concedat et Rebuspubl. noſtris ſalutarem pacem ac tranquillitatem, nobis vero omnibus clementer mitiget ærumnas, quas hominum peccata horribiliter cumulata univerſæ Germaniæ attraxerunt.

Finis Libri III.

Syra-

Syracides cap. 44.

Laudemus viros gloriosos & parentes nostros in generatione sua, dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute & prudentia sua præditi, & imperantes in præsenti populo, & quorum pietates non defecerunt. Semen eorum & gloria eorum non derelinquetur. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum vivit in generationem & generationem. Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum nunciet Ecclesia.

Franciscus Balduinus de historia universa.

Turpe est, inquit *Mutius*, jus ignorare in quo versamur, sed multo turpius est, nos & in patria & domi peregrinos videri. Saltem Cicero etsi videatur excusare in aliis quibusdam rebus quandam, ut vocat ἀνιςορησίαν: tamen cum de quodam Metello agit: Nescire (inquit) proavum suum censorem fuisse turpe est, & exclamat: ὢ ἀνιςορησίαν turpem.

Johannes Aventinus lib. I.
Annal. Bojorum.

Vera lex est historiæ, vulgi opinionem exprimere. Mihi vero ad hoc opus conficiendum (Annalium) omnia experto, non adeo barbari majores nostri fuisse videntur, quin immortalitati, famæ, memoriæque rerum suo more suisque monumentis consuluerint: quæ si vestigiis & via, qua debent, accuratius inquirantur, ne hac quidem parte aut Græcis aut Romanis cedemus.

Idem in Præfatione libri 7. Annal:

Errant illi, mea quidem sententia, qui nescio quarum rerum exactam cognitionem a Principibus postulant. Satis est & sufficit, confliċtantibus cum Reipubl. procellis, Annales præcipue suæ gentis patrio etiam sermone atque vernacula lingua conditos, tum voluptatis relaxandique animi, tum utilitatis causa evolvere.

Andreas

Andreas Althamerus in Commentariis suis Germaniæ.

Commendo mea Commentaria peritis Germaniæ, ut grata mente excipiant, meque in hoc ſtudio currentem ſequantur aut adjuvent: quisquis ſuæ patriæ vetuſtates, priſca monumenta, cultores veteres & memorabilia facta exploret, eruta in lucem proferat, meo & aliorum quorundam exemplo.

Ibidem paulo poſt.

Depingant nobis Suevi, Alemanni, Boji, Norici, Pannones Danubium, ubi per ipſorum regiones graditur, cum vicinis agris, vetuſtis Romanorum præſidiis, novisque urbibus, caſtris ac gentibus.

Boemi, Luſatii, Miſnii, Marchiani, Saxones Albim, cum adjacentibus locis & adcurrentibus fluviis tradant: & quicquid vetuſtarum rerum invenerint: Amiſiam & Luppiam Weſtvali Friſiique: Viſurgim Heſſi ac Weſtvali. Oderam, Suevum, Fiſtulam ipſorum accolæ Sileſii, Marchiani, Pomerani, Pruſſi & Poloni. Mœnum Franci. Dent eruditi quisque ſuæ patriæ amnes: Nam puto in fluviorum deſcriptione nos plurimum illuſtraturos Germaniam.

Beatus Rhenanus in præfatione Germaniæ ſuæ.

Hoc mirum, quod in Romana antiquitate cognoſcenda diligentiſſimi ſumus, in media aut etiam vetuſtiori, quæ ad nos maxime pertinet, negligenter ceſſamus. In cauſa fortaſſis eſt, quod ex luculentiſſimis ſcriptoribus illa facile cognoſcantur, quæ nusquam non exſtant. Hæc autem propter auctorum inopiam judicio magis colligere ſit neceſſe, quam alio quovis præſidio. Quam ob rem bene mereri de ſtudioſis putandi ſunt, qui rem minime obviam non ſine ingenti labore perquiſitam in medium candide proferunt.

Epigramma in annales *M. Georgii Torquati.*

Extorres licet a patria nos ſede vagemur
Et verum in cœlo ſit πολίτευμα *piis*
Dulce tamen natale ſolum dulcesque penates,
Qui nos in lucem progenuere ſacram.
At patriæ laus eſt longe digniſſima terræ,
Quæ nos mirifico ſemper amore fovet.
Ergo tuum ſtudium merito Torquate probandum,
Quod patriæ impendis laudibus ipſe tuæ.
Hæc pietas certe tua digna favore bonorum,
Conatus iſtos quemque juvare decet.
Deſine, Mome, pios arrodere dente labores,
Non hoc INVIDIAE eſt ſed pietatis opus.
Conentur majora alii, ſtudiumque fidemque
Sat tibi ſit patriæ velle probare tuæ.

Caſparus Cubirus, Magdeburgicus.

Autor, ſuo Caſparo.

Splendidiora ſonent alii, mihi prima notaſſe
Sufficit, at laudem quæ pietatis habent.
Sat mihi ſit, patriæ modo dicar gratus alumnus,
Sat ſit & in doctas ſæpe redire manus.
Hæ patriæ dignas laudes & juſta trophæa
Effingant melius, quæ minus apta, dedi.
Sic memori Patrum nomen ſervabit in ævo
Poſteritas nobis, ſi qua fidelis erit.

CON-

CONTENTA

HORUM ANNALIUM.

TITULUS et Figuræ.

PRAEFATIO et Dedicatio, de inſtituto et diſtributione hujus operis p. 1

LIB. I. Cap. I. De ſitu Archiepiſcopatus Magdeburgenſis et Epiſcopatus Halberſtadienſis 10

II. De diſtinctis regiunculis cujusque Epiſcopatus 12

III. De prima origine germanicarum gentium 13

IV. De generali appellatione veterum germanorum, et quo quisque loco conſederint 15

V. De Celtis ſive Gallis, Germanis Trans-Rhenanis 19

LIB. I. Cap. VI. De Germanorum Cis-Rhenanorum nominibus p. 21
VII. De virtute bellica veterum germanorum 22
VIII. De variis generibus Suevorum 24
IX. De Hermunduris Suevis, primis incolis hujus Episcopatus 26
X. De Longobardis Suevis, primis horum Episcopatuum incolis 28
XI. Quando Longobardi ex his locis ejecti à Sclavis 30
XII. De Sennonibus, primis incolis harum diœcesium 34
XIII. De Angrivariis 35
XIV. De Sclavis vel Henetis 37
XV. De distinctis nominibus, et locis Sclavonicæ gentis 39
XVI. De Saxonibus incolis harum diœcesium præsentibus 42
XVII. De transmigratione Saxonum in hæc loca 45
XVIII. De causa belli Thuringici 48
XIX. Quo tempore, unde et quibus occasionibus Saxones hanc terram acceperint 50
XX. Bellorum aliquot inter Saxones et Francos gestorum catalogus 54

LIB. II. Cap. I. *De fertilitate et natura* soli *horum Episcopatuum*, inprimis vero Archiepiscopatus MAGDEBURGENSIS; et de ejusdem *prima regione* Salingorum vulgo Saal-kreiß p. 61

II. *Secunda regio* Archiepiscopatus, dicta Sylvestris vulgo das Holtzland oder Holtzkreiß; in specie die hohe Börde 65. 66

III. Die Holtzbörde 68

IV. *Tertia regio* est terra Trans-Albina, das Ueber-Elbische Land 75

quæ in 4 subdividitur partes 1) Terra Flamingorum
2) - Hierichuntina
3) Angulus Plaviensis
4) Terra Finnorum.

V. *Quarta regio* Archiepiscopalis, Provincia Jüterboccensis, das Jüterbockische Land 78

VI. De Halberstadiensis Episcopatus qualitate et fertilitate et quidem 1) in meridie inter Bodam et Sölcke amnes 80

VII. 2) Inter Bodam amnem situs circa montem Hackel 82

VIII. 3) Inter Bodam et Holtemmam amnes 84

IX. 4) Inter Holtemmam, Bodam et Ocream sive Obacrum fluvios et limitem Borealem 85

X. Admonitio Auctoris ad incolas harum terrarum felicissimarum 88

LIB. II. Cap. XI. De lingua germanica in genere p. 89
XII. De peculiari idiomate germanicæ linguæ in his diœcesibus 94
XIII. De variis notis et characteribus literarum inscriptionibus et monumentis veteribus 97
XIV. Notationes quædam de hac lingua - 107
XV. De habitu, institutis et moribus veterum Germanorum et Saxonum 108

LIB. III. Procemium, Transitio ad fundationem Episcopatuum et reliqua 123
Cap. I. Conversio Saxonum a Carolo M. debellatorum &c. 124
II. De Crodone et Venere idolis Magdeburgi &c. 126
III. De firmata pace inter Sclavos et Saxones, et de imperato veræ religionis cultu per Carol. M. 130
in quo vita Luidgeri primi Episcopi Ostervicensis 131
IV. De oppido Ostervico, et veteri Romanorum castro Magdeburgk, inprimis de Ostervico 132
V. De veteri Romanorum castro Magdeburgk 138
VI. De Etymologia urbis Magdeburgensis 141
VII. Saxones seditiosi, sed ad obsequium à Carolo Magno redacti 146
VIII. De jure Westphalico - 150
IX. De quibusdam spectaculis publice exhibitis 152

LIB. III. Cap. X. De Dracone in Halberſtadio p. 153

XI. De combuſtione Cupparum in Magdeburgo 154
von Kopen Schleudern; item, de Saxonia in provinciam à Carolo M. redacta, eaque in VIII. Epiſcopatus diviſa 155

XII. De Ariſtocratica Republ. ante tempora Caroli M. imperatoris (in Saxonia) 156

XIII. De legibus, ad quas Saxones inde à Carolo M. usque ad hanc ætatem gubernantur, ſcil. de Jure Saxonico 1) provinciali, 2) municipali, 3) ſeudali 160

XIV. Confutatio ſententiæ Alb. Krantzii, qui negat conſtitutas leges juris Saxonici per Carolum eſſe 162

XV. De Statua Rolandina 163

XVI. De Halberſtadio civitate, et translatione Epiſcopatus Oſtervicenſis in Halberſtadt 165

XVII. De doctrina et gubernatione Hildegrini Epiſcopi 171

XVIII. De Ludovico pio Imperatore Romano 177

XIX. De Thietgrino Epiſcopo ſecundo Halberſtad. 180

XX. De Haymone Epiſcopo Halberſtad. IIItio 183

XXI. De Hildegrino juniore, vel ſecundo ejus nominis Epiſcopo IVto Halberſtad. 188

XXII. De Eginolpho, Epiſcopo Halberſtad. Vto 194

XXIII. De Sigismundo, Epiſcopo Halberſt. VIto 195

LIB. III. Cap. XXIV. De institutione Burggravionatus Magdeb. p. 201
XXV. De Ungaris (Hünen) et antiqua turri lateritia in monasterio Mariæ Magdalenæ ad Albim in urbe Magdeburgk. 206
XXVI. De Bernhardo, Episcopo Halberst. VIImo 210
ib. de monasterio in Westergröningen ad Bodam 211
et oppidis Gröningen et Croppenstedde 215
XXVII. De fundatione Monasterii Bergensis ad Albim 219
Finis de Ottonis Imperatoris initiis, et amplificatione urbis Magdeburg. &c. 224
Testimonia nonnulla 226
et Epigramma in Annales Auctoris &c. 228

Bayerische StaatsBibliothek

Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Torquatus, Georg,

Annales Magdeburgensium ac Halberstadensium dioecesium Annalium Magdeburgensium ac Halberstadensium dioecesium pars

Lipsiae 1761

Regensburg, Staatliche Bibliothek -- 999/4Hist.pol.851
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11064481-1
VD18 14740966-003